

1719.

1. Frank, Lucas : De communiis et incommuniis ex actionibus appellacionis in partes litigantes renuntiantibus. occas. pr. legis fin. C. de appell.
  2. Gassel, Jak. Martinus : De eo, quod justum est circa sigilla universitatum.
  3. Grothmann, Melch. Pettharius : De legato collegio electo.
  4. Krayser, Dr. Tiderius : De communione incidente
  5. Meierus, Janus Gottfridus : Theses phototypicae et paroemiam : Turisten bosc Christus.
  6. <sup>et</sup> Weberus, Immanuel : De retractis nobilitibus imperii immunitatio per privilegiorum Caesarum concens.
- 3 Sept. 1719, 1722, & 1744.

1721.

- Weberus, Immanuel : De rationibus decadentis partibus et causam Advocatis non temere aut non integre communicandis

1722.

1. Antorius, Jacobus Historicus: *De dominis vasallis  
Vasallo.* Rec. 1740

Just Petermann, Augustus Vollab: *Regiae principum  
S. R. S. circa tuberculam paris ecclesiasticae 2. Saec.*

1722 i 1745.

3. Weberus, Imman.: *Recta processus summarii,  
ejusdem naturam et differentias ab ordinario, ex usu  
fri Sachovici Electoratio indicantie.*

1725.

1. Grus, Lus. L.: *De legibus et statutis cuiuslibet  
res publicae prudentes applicatio, et de jure receditu  
a constitutionibus imperii statutis competente.*

2. Grus, Lus. Joh. W. A.: *De jure S. R. S. publicis  
non scriptis, v. agr d. H. R. R. Herkomm.*

3. Kreyserus, Dr. Fridericus : De lucido acquitibris  
Europae

4 Heberus, Immanuel : De jure S.P.J. publico non  
scripto



1722.3  
21

# ELECTA PROCESSUS SUMMARI,

ejusdem naturam & differentias <sup>13</sup>  
ab Ordinario, ex usu fori Saxonici Electoralis,  
indicantia,  
CONSENSU ILLUSTRIS ORDINIS JURIDICI  
Sub PRÆSIDIO

VIRI EXCELLENTISSIMI & CONSULTISSIMI  
**DN. IMMAN. WEBERI,**  
JCTi, CONSILIARII HASSO DARMST. & PROF. JURIS ORDIN.  
PATRONI & HOSPITIS OMNI HONORIS CULTU  
ÆTERNUM PROSEQUENDI,


*Pro summis in utroq. Jure Honoribus  
in Alma Giessensi, more majorum.*

*caepessendis,*  
**EXCELL. D<sup>NN</sup>. PROFESSORUM**  
CENSURÆ SUBMISSA

A  
**JOH. GOTTLÖB BRÜCKNERO,**  
GORLICIO-LUSATO.  
Ad diem Febr. M DCC XXII.

---

GISSÆ,  
TYPIS VIDVÆ IO. REINH. VULPII ACAD. TYPOGR.





## Q. D. B. V.

Uod tibi, L. B. exhibeo specimen, divisionem processus satis celebrem exhibet, tot tamen tricis involutam, ut qui ex solis Practicorum, imprimis antiquorum, libris sapere ntitur, grande datus sit patientia documentum. Multa hic introduxit usus, multa judicum ignorantia, & studium pretelandi lites, multa interpretum dannosa subtilitas, quibus explicandis plus operæ quam judicij impendi debet, si non nisi aliorum premere vestigia licet. Evidentia distincta hæc processus ratio ideo applausum meruit, quia per illam celerius lite defungi possunt litigantes; sed eo res videtur redacta, ut judice nimium indulgenti Advocatis, aut officium remissius interponente, processus summarius ordinario sit longe prolixior. Idem quoque fatum experta est Saxonia, in qua diversæ species processus summarii habentur. Ne solus sapere videar, testem producam Excell. GRIEBNERUM, J. C. tum Saxonum, in *Disp. de Probat. que juris-jur. declin. causa suscipitur p. 21. n. d. dicta*, meditatione ab experientia subministrata, illustrantem: Ita existimo, inquit, eo rem rediisse, & Dd. subtilitatibus ac contentionibus redactam esse, ut qui causam celeriter finire cupit, rebus a-

A  
gat,

gar, si ordinario processu, quam si summario experietur; contra qui protractare litem cupit, ei expedita magis sit, quæ summaria dicuntur, procedendi via. Quod ineptum, & à Legislatoris voluntate, & à natura illius processus alienum esse, quis non videt? Ita tamen fert usus fori quotidianus. Quod ne frustra dixisse videat, exponam paucis, in quo differat utraque ratio procedendi, ut Lettori appareat, cùjus sint circuitus longiores. In processu igitur summario exceptiones dilatorias, non tantum in primo, sed & in secundo termino, etiam, postquam quis sub pena confessi & convicti respondere jussus est, urgere licet. Articulos demonstrationis non necesse est, ut intra fatale Sax. offeras, sed vel annos aliquot id differre integrum habetur, usque dum sententia comminatoria terminus peremptorius tibi constituatur. Ultra quartam quintam etiam & plures dilationes impetrari possunt, nec legali solennitate opus est, aut impedimentorum probatione. Porro si producitur documentorum in proximo termino haud fiat, nondum deserta censemur, que per documenta fit, demonstratio, sed novus terminus (quod plane monstrosum) concedendus est. Idem obtinet, si telles forte non sint producti. Adeo amissimus veras Processus Summarii rationes, inque ejus locum collocavimus monstrum, quod observantia peperit, Processus irregularis, incerti, dubii, vagi, ac quovis Processu ordinario longioris. Evidem de omni processu summario in foris Saxonum usitato illud asseri nequit, non tamen omnino falsum dixisse JCtum celeberrimum ipsa hæc probabit Dissertatio. Colligam præcipuas & dubias utriusque processus differentias; rationes dissentius, si talis subest inter dicasteria, adducam, conqueramq; res judicatas ex scriptoribus novissimis. Tu vero L. B. conatibus fave; forte unica occurret meditatio, quam calculo tuo suffragiove dignam jndicabis,

f. I.

## I.

Nullius momenti sunt leges, nisi sint, qui quæsitum eu-  
jusvis jus tuerintur, & quid inter litigantes justum sit, pronunci-  
ant. Nata inde judicia; accessit norma procedendi, ne judi-  
cias arbitrio relietas sit tota ordinis definitio. Sed cum, teste ex-  
perientia, tam accurata hac in re regula vix ac ne vix quidem  
constitui possit, quæ omnibus causis causarumve circumstan-  
tiis totum sèpè jus variantibus apta sit; urgente necessitate &  
suadente prudentia judiciaria receptum est, ut habita eorum,  
quæ causam circumstant, ratione, à præscripto ordine, litis ce-  
lierius finiendæ gratia, paululum recedatur, salva cæteroquin  
regula, ubi cessant rationes exceptionem fundantes. Orta inde *Divisio pro-*  
processus in ordinarium & summarium divisio, nec foro Ro-  
mano ignorata. Distinguebantur olim Magistratus & Judi-  
ces Pedanei; prior dabant formulam tum actionis, tum exce-  
ptionis, quæstionem juris definiuentem; posterior factum co-  
gnoscebat, jusque in formula expositum facto applicabat, v.  
GERH. NOODT, de *Jurisd.* p. 130. Cum vero illud pericu-  
lo & pluribus causis incommodum esset, sensim invaluit, ut  
interdum v. l. 1. ff. d. *Extr. Cogn.* Prætor ipse judicaret, cau-  
samque de plano cognosceret, etiam in delictis levioribus, do-  
cente JCTO, in l. 6. ff. de *Accus.* Nata inde cognitiones extraor-  
dinariæ; cumque sic commodius procedere videretur res fo-  
rensis, demum Magistratus ipsius jussi l. 2. C. de *Ped. ord.*  
*Jud.* sublata formularum captiosa subtilitate. l. 1. C. d. *form. &*  
*imp. subl.* hincque omnia judicia extraordinaria reddita s. f. l.  
d. *Interd.* l. 8. ff. d. *Publ. Jud.* v. l. 6. C. *Theodos. de Denunc.* V.  
POLLETI *Hist. Fori Roman.* RÆVARDI *Protribunalia.*  
Hæc equidem nullum habere usum videntur, cum antiquam  
Judiciorum formam Germaniæ tribunalia nesciant; sed uti  
hoc de solennibus saltim processus intelligendum venit, non de

A 2

sub-

substantialibus, adeo ut, si minus Jure Romano utiliceret quead ordinem rerum forensium, licebit tamen ejus ratione ad interpretandas leges, moresque nostra ætate valentes uti, cum inde regula. SCHILT. ad ff. Ex. VII. §. 2. ita axioma illud practicum non rejiciendum puto, quo omnem causam olim extraordinaria cognitionis, hodie summariam afferunt, verum tamen potius in sensu ajente, quam negante. v. Illustris Dn. de BERG, E.P. Exec. §. 5.      §. II.

*Et ex iure  
san.*

Uti ex Jure Pontificio sine dubio prima ordinis forensis, qualis nunc est, fundamenta in Germania promanarunt, ita certum est, hujus quoque, quam tracto, divisionis processus limites per Pontificum constitutiones variè amplificatos esse. Postquam enim, adulta sedis Romanæ autoritate, & stabilita suprema in omnes Episcopos eorumque judicia potestate, frequentiores existerent ad Pontificem appellations, v. PETR. de MARCA de C.S. & J. c. 14. atque insimul dogma de concurrente Papæ cum quolibet inferiore judice ecclesiastico jurisdictione j. c. 10. X. de foro comp. & potestate causas avocandi v. c. 17. X. de Jud. latè propagatum esset, natæ inde sunt frequentissimæ delegations. Jam invaluerat persuasio de judiciorum ecclesiasticorum æquitate, nec tot sumptibus se onerari, tot ambagibus circumagi in foro clericali putabant creduli. Hanc ut aleret Pontifex, foveretque superstitionem, scipiis committebat causas, sub clausula, ut sola facti veritate inspecta aut de simplici & plano, sine strepitu & figura judicii, judices procederent c. 13. & 26. X. de Jud. c. 43. d. Elect. in 6. c. 25. X. d. Accus. Innuebatur hac formula Processus summarius; sed si rem recte expendas, satis obscurè, generaliter, inadæquate, confusè. Rhétoris est, non legislatoris, ideas obscurissimas figurata dictione exprimere. Ludebant Pontifices & plausum ciebant, non instruebant

bant judicis officium. Hinc factum, ut variis querelis ansa præberetur, cum judges, hac ipsa formula excitati, satis sese officio functos crederent, si superficiaria opera in causarum delegatarum discussione versarentur, solo celerioris expeditionis obtentu. Demum Pontifex Clemens famosa illa *Decretali* 2. d. V. S. specialius definire voluit, quæ mens sit clausulæ supra allatæ. Et secuta successu temporum turba Doctorum, in primis Italorum, tam multa, tam incongrua addidit, ut se decipiat, aut grande datus sit patientiæ documentum, qui inde solidè erudiri cupit. Sed ut omnino dolendum, quod Germani vestigia exterorum tam studiis presserint, multaque afferuerint, quorum usum nescit, damnat, respuit praxis patria; ita egregia sunt, quæ de antiqui Speculatoris nugis habet Illustris Dn. de LUDOLPH, in *System. Comm. de Jure Camer.* p. 82. seq. Recte ANTON. FABER, in *Præfat. ad Lib. de Error. Pragm.* Quid, inquit, ad inducendos errores accommodatius, quam si in reddendo jure propriam cuique animi sententiam pro ratione sequi & nescio, quo commenditiae equitatis obtentu legibus illudere concedatur.

### S. III.

Excitavit hic nævus jurisprudentiæ, studium Principum & Divisio in in primis Saxoniorum, ut vi potestatis legislatoriæ, qua sine Ord. & dubio gaudient, incertissimam summarie cognitionis rationem summo. certius definita in fore in quibusdam causis & curiis specialius definirent, & adeo a nomiæ incommodis aliqua ex parte medicas adhiberent manus. Probat hoc in Saxonia Elect. Processus Curia mercat. Lips. probat *Constit. de sumario processu in Ref. Grav.* d. a. 1661. v. von Justiz Sachsen §. 8. relata, probant, quæ de processu executivo l. c. §. 2. aliisque quam plurimis in legibus provincialibus habentur; probat denique frequens rescribendi modus, quo Commissarii ohne Verstattung ordentlicher pro- cessus,

A 3

cesser, procedere jubentur, STRYK. de Jud. Princ. *juxta so-*  
*lam facti veritatis*: adeo ut, si ejusmodi rescriptorum formulae non  
 planè sunt otiosæ, quod omnino ita se habet, v. GAIL. L. I. Obs.  
 42. MYNS. C. 2. Obs. 44. planè non dubitandum sit de usu di-  
 stinctionis in summarium & ordinarium processum, idque  
 cum primis in foro Saxonico. Evidem men non fugit, multi-  
 plices has fori regulas tam bene sibi nondum constare, ut ni-  
 hil restet emendandum. Sed notum est, multa in jurispru-  
 dentia restare incommoda. Nos, quibus obsequii gloria reli-  
 eta, iis bonis fruemur, quæ ad manus sunt, precati, ut po-  
 steritati melioribus frui liceat. Ut paucis multa complectar, suf-  
 ficit, certum esse & ab omnibus concedi, quod dentur causæ in  
 quibus moram admittere iniquius & pericolosus est, quam in  
 aliis, quas inconcussas relinquere, vel pro lubitu judicium &  
 absolute imperio componere vigor publicæ disciplinæ prohib-  
 et. Sed transeamus ad rem ipsam, præmissa dicendorum  
 summa. Scilicet ad præparandum thema tria præmitram, tra-  
 dam utriusque processus definitionem; dicam de fundamen-  
 tis dijudicandi qualitatem causarum summariam; exponam  
 velut in nuce diversas species processus summarii in foro Sa-  
 xonicō usitatas. Post differentias utriusque judicii divi-  
 dam in generales, & speciales, hasque primæ vel secundæ  
 instantie; ac denumpaqua de officio iudicis circa processum  
 summarium subjiciam.

Partitio  
dispus.

Processus  
Ordinarii  
definitionis.

#### s. IV.

Dicitur Processus Ordinarius ille procedendi modus, qui  
 lege expressa sanctus, vel curiarum moribus receptus est, ut  
 generaliter in executiendas causarum meritis normæ vicem su-  
 beat, ea, quæ dictamen rectæ rationis in quovis judicio requi-  
 rit, varie determinans, & ut partibus litigantibus lites pro-  
 trahendi vel judicium eludendi ansa præscindatur, actus fo-  
 renses

tenses variis fatalium terminorum spatiis includens, variisque cautionibus judicium securum reddens. Ideo ille determinatur ab imperante, ne judex, cuius non est leges ferre, sed secundum eas judicare, ex propria animi sententia statuere de ratione agendi queat. Nunquam felicius proceditres judiciaria, quam ubi evitatur status anomia, in quo judici, quod libet, licet, in quo Advocati, cerebrinæ scepe æquitatis defensores, in incerto vagantur. Nec dubitandum, quod diuturni judiciorum mores legis vim habere possint. Fateor, quotidie occurrere casus, novasque emergere circumstantias, de quibus subinde dubitandi ratio superest. His positis casibus non potest non optimum esse consilium, si vel inspiciatur, quid retro gestum, aut hoc non apparente, si communijudicantium decreto interimistico statuatur, donec legislatoria manus medelam adferat. Evidem sana ratio generalius quidem perspicit, quid ad litium cognitionem necessarium sit, sed hac sola rem non perfici infra ostendemus. Finis processus est, ut suum cuique tribuatur; sed non potest illud obtineri, nisi secura sit judiciorum autoritas; nec magis compotes hujus finis reddimur, quam si provideatur, ne immortales reddantur li- tes, hominis ætatem & cornicium annos superantes. Idem sermè est, vel plane suo privari, vel minus commodè, & postquam plus impenderis sumptuum, quam emolumenti con- sequeris, exitum controversia dubium anxie sperare.

Ejusdem  
finis.

### §. V.

Hic ordo vel ex lege scripta vel non scripta profectus ad stricte obser-  
vandum est judici, ut ~~so~~ neglecto nullitatis vitio ge-  
stia laborent l. 4. C. d. sent. & interl. l. 14. C. d. Patris l. 6. C. Proc. ordin.  
ad Exh. &c, speciali hunc in finem comparata nullitatis quere- alias nulli-  
ta, impugnari possint. R. J. N. §. 121. temperque, ob neglectumq[ue] erit, q[ue] ordinem

ordinem judicij admittatur appellatio. MEV. P. I. d. 78. imo, licet appellante non urgente, ex officio à judice corrigi debeat Id. P. I. d. 154. Sic posita regula, quod judex non possit inchoare processum ab executione L. I. C. de *Excep. reijud.*  
*probatur per prohibita omnino est sequestratio L. us. C. de prob. Sequestr.*  
*exempla.* MEV. P. I. d. 167. sive ab initio sive in progressu litis suicipiatur, quia pendente lite nihil innovandum, nec cuiquam, nisi per sententiam victo, auferendum suæ possessionis emolumenatum. Nec mandatis C. vel S. C. regulariter ante finem causæ locus erit; semper enim executionem sapit, imperare quicquam, antequam ex sententia pateat, quis victor vel vinctus. COCCEIUS, de abus. mand. S. C. §. 3. seq. FRIDER LIS, de Interd. c. 14. Cumque ad ordinem præscriptum non solum judex sed etiam litigantes sint adstricti, sequitur quod in processu ordinario actuum judicialium *preposterationes*, MEV. P. 3. d. 53. æque ac *anticipationes* sint prohibitæ, nisi lege expressâ permittente. Et licet judices l. 13. C. de *Jud.* causas curtorias dirimere jubeantur, non tamen eo ipso legibus processum formantibus solvuntur, quin potius eo pertinet hæc admonitio, ne indulgeant rabularum technis lites protelantibus, ut eō, quod in favorem reorum & defensionis causæ introductum, abutantur conf. l. 21. ff. d. usuc. l. 13. C. de *Jud.* R. 7. d. a. 1654. §. 34. Superiora judicia laxius ad ordinem inferiorum solennem teneri volunt, quippe quæ procedere iubentur, modo de meritis causa constet. v. O. Cam. p. 3. t. 34. MEV. P. I. d. 78. Quod catenus verum justumque puto, quatenus inde iuri partium quasi nihil decedit. Hinc si de appellations non rite interposita & non devoluta, vel leuteratione deserta, de neglecto probationis termino ex actis constet esse exceptum, deluper ante omnia pronunciandum. MEV. P. 7. d. 53. Latius hæc explicat ZIGLER, in *Dicast. Concl.* 36. p. m. 657. §. 11. seq. §. VI.

*superiora  
judicia ad  
solennia non  
teneantur;*

*quod limi-  
tatur.*

## §. VI.

E contra summarium processum recte dixeris ordinem, quo in causis privilegiatis & celerem expeditationem ob concurrentes circumstantias requirentibus, remissis plerumque fatalibus in ordinario usitatis, iisque arbitrio judicis relictis vel, à lege aliter ac in ordinario determinatis, sufficiente tamen causa cognitione, proceditur. Quo ipso plane removemus tumultuarium processum, quem Canonista, in primis in notorio, effingerunt, c. 21, X. d. jurej. c. sed rejectar 13. & 14. X. d. appell. STRYK. de notorio. Nemo condemnatur, nisi ubi de veritate juris & facti, quod allegat actor, con-<sup>xius.</sup> stet, & legitima reo indulta sit defensio; omnis enim processus tendit ad sententiam, nulla sententia sine facti & juris certitudine, nec hoc, nisi audita altera parte, obtinetur. Multiplex diversaque est factorum ratio, adeo ut & prudentissimum sope fallere possint. Scepe quoque questio juris incerta, an-  
ceps, dubia. Adde, quod, licet facti jurisque notorietate extra dubium posita, tamen adhuc dubia esse possit juris ad factum applicatio, adeo ut nee eo casu ab executione incipiendum, sed potius singula, quæ circumstant, probescient excutienda. Ulteriorius considerandum, quod, quæ in ordinario à lege definitur fatalia & formalia, in summario vel aliter ac in illo sunt definita, aut judicis arbitrio reicta, idque, ex usu fori Saxonici, maximè circa fatalia probationis ejusque anticipationem perspicitur. Porro dicitur, processum ordinariū instar regulæ, sum-  
marium exceptionis loco esse. Quod utisatis certum, ita via annectum tur quadam produceit consectaria. Sic (i) in dubio pro ordinatio præsumendum est, a. l. 5. f. d. Prob. MEV. P. r. d. 71. nec (ii) sum-  
marius in ordinarium, aut ordinarius in summarium, invitis partibus, murandus est. Subest enim hic jus partium extra judicis arbitriū positum. Dn. de BERG. Elecf. Disp. For. pag. 128.

B

Et 7)

Et y), ubi in summario dubius est fori usus circa actus speciales, tutius quidem agit judex, si ad ordinarii rationem respicit, indeque agendi normam pro qualitate cause deponit; firmat enim exceptio regulam in casibus non exceptis, & judex in summario processu non legislatoris sed interpretis officio fungitur, adeo ut ipsius potestas non omni planè vinculo soluta sit; semper tamen actus illius, de quo queritur, causa finalis investiganda est, & an illa negotio summariter tractando quadret nec ne, probè seduloque investigandum. Usus hujus observationis, ut in multis casibus, ita in discussione questionis, an in summario processu admittenda sint interrogatoria, infra apparebit.

### §. VII.

Materiam processus sicut factum & jus, indeve oriens actio & exceptiones, formam procedendi ordo. Hinc prius de causis qualitate summarietatis instructis videamus; paucis tamen & velut classes indicando. Scriptores valde in numero earum determinando variant, ut solent, quoties ad statum anomiae deveniunt. Nec exscribere illos animus est, sufficiet indicasse rationes & principia, v. O. C. p. 3. t. 4. MARTINI ad O. P. S. ad rubr. n. 38. idque eo magis, cum, teste MEVIO, P. 5. d. 106. tota res redeat quodammodo ad arbitrium judicis, qui, ubi idem utilitatis deprehendit fundamentum, ad similem decisionem, suadente juris analogia, procedere jubetur l. 12. ff. de LL. Non silendum tamen, falli eos, qui hoc referunt tum actus voluntariae jurisdictionis, tum puncta incidentia. Illi enim planè ad processum non pertinent, cum nullus adsit contradictor; hæc vero ut accessoria censemur jure principalis, ad minimum separatum processum non constituent.

*Causa sum-  
maria est vel  
principaliter*

*Causa vero summaria sit talis vel principaliter vel acciden-*  
*taliter; prius est, quando summarietatis privilegio lex aut u-*  
*sualis*

sualis interpretatio mactavit vel certas causas, vel certas per-  
 sonas. Sic ubi res morari non patitur, MEV. P. I. d. 167. &  
 217. vel, ubi partes ad arma ruitur et metuantur, celerior cognitio requiritur, adeo ut judici ex officio. O. C. p. 2. t. 21. §. f. a. p. sius ut que  
 precepto penali inchoare processum circa nullitatis vitium morum non  
 permittratur. Porro ubi fiscum publicumque interesse concer-  
 ferunt, nentes controversiae occurrunt, LYNKER. D. 582. STRYK.  
 que interef-  
 Differt. de Salut. publ. c. 2. idem jus statuendum esse putant, se publ. con-  
 quibus causam dotis quoque annumerant Practici, hincque  
 judicem plura posse ex officio peragere in favorem dotis statu-  
 unt, v. l. 5. §. 4. ff. d. iure dot. l. 22. §. 6. ff. Solut. matr. Pertin-  
 ent huc omnes causae possessoriae & casus inhibitivi Curia-  
 rum Provin. Sax. alibi processum Mandatorum admittentes,  
 quos refert CARPZ. P. C. t. 22. a. 2. n. 32. & Disp. de Inhib. §.  
 26. ut & executivae, quibus ob favorem liquidæ probationis Executivæ  
 MEV. P. III. D. 226. clerici processus & parata indulgetur  
 executio. Tales in Saxonia omnes sunt, quæ documento gua-  
 randigatio nituntur. Imo CARPZ. P. C. t. 1. a. 1. n. 50. toties  
 causam summariam afferit, quoties officio judicis, sive non pro-  
 dita speciali actione, proceditur f. l. 24. §. 5. ff. d. Minor. & am-  
 plius adhuc infert DN. de BERG. E. P. Prov. §. 10. omnem a-  
 ctionem præparatoriam sua natura esse summariam. Pontifi-  
 cium jus idem privilegium causis spiritualibus & Ecclesiasti-  
 cis. Clem. 2. de Jud. f. c. 19. X. d. Elec. MEV. P. 3. d. 217. asse-  
 rit. Matrimoniales quoque vel ideo huc trahendæ, quia ad  
 reservata fori ecclesiastici pertinent. DN. de BERG. E. P.  
 Matr. §. 9. sive pro sive contra matrimoniorum agatur. Idem  
 de alimentis judicandum, l. 5. §. 8. d. Agen. lib. a. l. 2. ff. d.  
 Fer. quem ramen favorem quidam nec ad præterita a. l. 8. C.  
 d. Transact. sed forte perpetram, nec nisi egenis præstan-  
 da proferri volunt. Causas injuriarum huc referre jubet

B 2

Mand.

*transimper.* Mand. Sax. d. a. 1712. de *Duell.* s. 22. Extorsit hanc legislationem & juris correctionem (v. *Ord. Pol. Eleit. Sax.* d. a. 1661. t. 5. ubi de injuriis estimatoriè aut ad palinodiam agens ad ordinariū processum adstringitur. v. BERG. E.D.F. p. 13. de actione deprecatoria v. RIV. En. 6. t. 1.) abusus & scandalum ex frequentibus injuriarum processibus multis ambagibus circumductis ortum. Addere quoque his jubet æquitas ea facta, *ex que damnum irreparabile inferunt.* *quibus damnum irreparabile metuitur.* Contingit illud, personæ conventæ ejusque famæ imminent periculum, non facile refaciendum. Non est, ut ad singularia hæc applicemus; facilis enim est illatio, ubi de principio constat. De Notorio vide BOEHM, *Jus Eccles.* 1. 2. t. 1. s. 10. seq. Cum enim notorium sit, quod ex jure & facto in continentis probari potest, sequitur, quod interdum executivam, semper autem summariam admittat viam; nūquam tumultuariam. Evidem recte Pontifex in C. 21. X. de *jurejur.* regulariter ordinem judiciarium in notoriis non servandum ait, sed eadem ratione illud explicandum, qua id fecit de summario, in Clem. *sæpe d. V. S.*, quod idem est, ac si dicas, summarie in notoriis esse procedendum.

## §. VIII.

*Ab ob privilegiis personæ codem* privilegio mactatae vel *individuales* vel *gium perso-* *mysticæ* sunt; in harum numerum referunt Clericos, Scholares, milites actu tales, mercatores, quod tamen plerumque saltim de negotiis mercantilibus intelligitur. v. LAUTERB. *Disp. de Jure in Cur. Mercat.* rusticos CARPZ. L. 6. Re. 122. f. l. 1. fl. d. Edend. & in primis miserabiles personæ, quæ, ratione sexus, ætatis, fortunæ ex I. un. C. quando Imper. judicantur. Uti enim hæ pleræque personæ fori privilegio ideo gaudent, ne longo litium sufflamine vexentur, conf. BERG. *Disp. de foro*

35 ( 25 )

foro rerum sing. uti illis plerumque certa ratione jura igno-  
rare permittitur; ita non incongruum argumentum, licet sal-  
tum probabile, inde pro afferendo summarietatis privilegio du-  
citur. De pauperibus notanda est dispositio in O. P. S. t. 1. §.  
Dierweil sicc. f. l. 8. §. 8. ff. Mand. Peregrinantes eodem favore  
dignos judicat & equitas; quare Lubecæ celebratur Das Gaste  
Recht. v. MEV. ad Jus Lub. L. 3. t. 1. a. 1. n. 51. Quodsi tamen co-  
privilegio mactata persona rei locum subeat, non dubito, quin  
juri suo renunciare & ordinariam viam possit expetere. Inter  
personas mysticas referuntur causæ piaæ, quo nomine corpora  
in civili societate ad finem pium, vel exercenda officia mutui  
amoris erga pauperes & fortuna adversa laborantes, instituta,  
veniunt. Hæc quia acquisitionis capaces sunt ex lege civili,  
uti quoque debent iis mediis, quæ jura pro tuendis bonis ac-  
quisitis invenerunt; & ideo singulari favore à legibus passim  
mactatae leguntur. Factum quoque inde, ut ejus generis cau-  
sa singulari foro gauderent, specialibus hanc in finem consti-  
tutis judiciis, in quem numerum referenda Consistoria. Ord. Eccles. Sax. Elec. tit. von beyden Consistoriis c. 8. & curia ria instituta  
mercatoria Lipsiensis, cuius ordinatio singulare & elegantissi-  
mum exemplum processus summarii lege publica descripti ex-  
hibet. Idem de judiciis metallicis, & Academico foro ple-  
rumque obtinet. De foro militari idem afferit JCtus Excell.  
Dn. LUDOV. in der Einleitung zum Kriegs Proces, c. 10.  
§. 1. Et cum in Saxonia in foro criminali, non nisi inquisi-  
tionis via usitata sit, hæc vero procedendi ratio omnium suf-  
fragio annumeretur summarii, generaliter dicendum existimo,  
forum criminale Saxonum Electorale totum esse summarium.  
Idem certum est de judicio Admiralitatis v. l. 5. C. d.  
naufrag. WERLOF. de jud. Admiral. Hamburg. add. der

B 3

Stadt

Ob causas  
& personas  
privilegia-  
tias peculia-  
res sunt judicia

Stadt Lübeck Ordin. der Summarischen See- & Gerichts-  
Procesſ. d. a. 1655. apud Marquardum docum. Commer. p. 704.

*Accidenta-  
litter causa  
summaria  
est.  
et per com-  
promissum,*

### I. IX.

Per accidens fundatur processus summarius vel per compromissum partium, vel per rescriptum Princeps. Jure Romano compromissa ad arbitros constituendos principaliter tendebant, eum in finem, ut sublevarentur ordinarii magistratus, litigantes vero sumptuum & itinerum, si in provinciis tegebant, molestia exonerarentur; per accidens vero, ad processus instantiasque abbreviandas evitandamque formulae necessitatem faciebant. Prior finis utut nostris moribus rarius sit, non tamen prorsus in desuetudinem abiit, in primis in controversiis Principum; posterior longe frequentius solet intendi. SCHILT. Ex. 12. ad ff. §. 2. qui ergo Romanis, inquit, postremus & secundarius fuit scopus compromissi, nobis esse solet primarius. Cum enim apud Romanos processus brevioribus terminaretur spaciis, non tam ad abbreviandum, quam ad evitandum totum judicium, compromittebant: nostris verò moribus quem vix evitanda possit judicium, saltem ut infinita litigandi litesque protrahendi libido coactaretur, hæc compromittendi ratio legibus moribusque fuit commendata. Nec quidquam ejus generis compromissis justius puto prudentiusque. Si verecunda judicatur cogitatio, qua lites execratur, quid magis laudandum, quam ad illa remedia configere, quibus litium ambages evitantur. Idque eo magis commendandum est, postquam jus suum nemo nisi magnis sumtibus persequi potest. Hinc recte dispositum in O. P. S. legimus t. 1. I. Besonders aber, ubi judex amicabili compositione tentata, compromissum de contrahendo processu suadere jubetur. Nec obstat hisce compromissis l. 27. ff. d. R. J. adjecta enim in eadem limitatione

*Vilauintur  
objectiones.*

mitatio thesin nostram satis firmat. Adde, quod longe prolixior sit nostra procedendi ratio, quam illa, qua Romani utabantur, hincque magis ignoscendum sit, si quis pro damno vitando laborat. Idque eo minus dubii habet, quando compromissio judicis accessit confirmatio aut jurisjurandi religio; uti enim priori casu, quicquid judice permittente & approbante sit, juste factum presumitur: ita posteriori, nullitas, si quae forte subest, facile per juramentum purgatur. couf. l. f. §. f. C. d. Temp. Appell. l. f. §. f. C. d. Priv. Schol. BRUNN. P. C. c. l. n. 18. Idem ad l. 51. ff. d. Recep. formulam processus conventionalis exhibet. Nec minus illustre est exemplum processus compromissorialis, quo controversia de jure Wildfangiatus disceptata & definita fuit, ex quo notari meretur, ita definita fuisse terminorum fatalia, ut intra octo & septuaginta dies coeludendum in causa fuerit, v. formul. compromiss. §. 2. in actis compromiss.

### §. X.

Fiunt compromissa vel de solo processu abbreviando, vel insimul commissarius petitur à principe, quod cum primitis ad lites abbreviandas conducere experientia testatur. Semper tamen eaveant compromittentes, ut in iis passibus, quibus à communī ordine receditur, pacti formula caute & specificē concipiatur. Etenim licet compromissum semper Cautela in litis contrahendæ causa initum presumatur l. 37. ff. d. Recep. compromis- strictæ tamen illud est interpretationis, in primis si à communī tendo obser- jure recedit, & uti omnino normam præbet agendi, ubi vanda. certum est l. 32. §. 15. ff. d. recept. ita in casibus non expressis res redit ad provisionem legis. a.c. 13. X. d. v. & P. I. D. In primis non credat sufficere compromittens generales renunciationum clausulas. Renunciatio ad non expressa non extenditur

cur MEV. P. I. d. 99. & P. II. d. 64. in primis quando magnum inde nascitur præjudicium l. 27. §. 4. ff. d. p. 27. Et hinc in constituendis arbitris clausulae de non improbando laudo ex l. 27. §. 2. ff. de recept. vel de non admittenda reductione l. 76. ff. Pro Soc. frequentantur. conf. præjud. apud Dn. de BERG. E. D. F. P. II. p. 606. Pertinet huc quæstio, num in foro Sax. compromitti liceat, ne oretenus, von Mund quis in die Feder quod per Conf. l. P. I. generaliter sancitum, procedatur, ventilata à MOLERO ad dīg. Conf. & negativè decisa; certè si ad finem legis respicere placet, recte Scriptorum prolixitas, subtilitates inanes ex incertitudine juris ortæ, hac ipsa dispositione prohibentur, adeo, ut illam publici boni cura videatur Serenissimo Legislatori suppeditasse. Sed, his non obstantibus, contrarium tuerunt CARPZ. ad d. Conf. d. 5. BERLICH. P. I. Conc. 13. n. 23. ZIGLER. ad O. P. S. t. 10. p. 70. si semper præsto essent causarum Patroni in loco judicii, & in judiciis inferioribus, in primis curiis dominicalibus nobilium, quovis tempore copia judicis haberetur, fortè aliter sentiissent JCTi allegati. Rebus ergo sic stantibus talem compromissum formulam tolerandam potius quam approbandam censeo.

## §. XI.

*Principem per modum dispensationis imperare posse, ut causa sua natura ordinaria processu summario disentiatur, non dubitandum est. conf. STRYK. in Disp. de Judic. Princ. juxta solam facti verit. Idque quo minus faciat Princeps, nihil omnino obstat deprehendes, si modo sine præconcepta opinione de potestate & officio imperantis judicaveris. Pertinet enim ad officium Principis, summa providere cura, ne ob sit civi-*

*gnorum iurum fortunis litigandi pruritus. Et si, teste MEVIO P. I. d. 224. statim defensantur casus, quibus emergentibus absolutè imperari potest a-*

*amicabilis compositio; & recte assertur, principale judicium ad*

*solene*

*per rescri-*  
*ptum Prin-*  
*cipis.*

solennia inferiorum non teneri; si lœsum ob neglecta fatalia  
 restituere in integrum sola æquitatis ratione motus Princeps  
 potest, procuratore non excusso, v. cit. *Disp. I. 13.* BARTH.  
*Hodeg. for. p. 99.* MEV. P. V. Dec. 207. quid ni annuendum  
 censemus ejus precibus, qui non refutat judicis cognitionem,  
 qui non contra jus fasque nititur, sed breviorem saltim viam  
 & litis exoptat compendium. Nec Principem ita rescriben-  
 do lœdere jus alteri quæsitum puto, qui se in qualitate causæ or-  
 dinaria fundat, & pro admittendo processu ordinario pugnat.  
 Quodsi enim in summario procedit sententia ex sufficiente  
 cause inquisitione, nullum interesse allegare poterit adversa-  
 ri⁹, nisi forte ex mora lucrum, ex lapsu tot fatalium ini-  
 quitatis præsidium speret. v. BRUNNEM. Proc. Civ. c. 1, n.  
 28. Et quid aliud est, illud fugere, reis proprium, nisi malæ  
 causæ indicium, quod apprimè tueruntur rixa de formalibus  
 processus. Finis judiciorum est suum cuique; quacunque  
 via ad hanc metam tendas, nihil interest, modo illam assequa-  
 ris. Hinc laudanda dispositio Elect. Sax. Christ. II. in Ref.  
 Grav. d. a. 1609. t. von Justiz Sachen. §. Obwohl erstlich  
 & hic omnino inferenda: Dass unsere Canzler und Räthe  
 jedesmahl es dahin richten sollen/ auf dass alle vergebli-  
 che Geldspilsterungen/ Weitläufigkeiten und Circuitus  
 verhütet/ und so viel möglich/ sola facti veritate inspecta,  
 procediret/ und denen unter den Partheyen entstandenen  
 Irrungen schleinig durch rechtinâige Decreta abgeholfen  
 werde. Dantur vero tres casus, quibus ex speciali Prin-  
 cipis gratia fundatur judicium summarium. Primus est, quan- *Hac rescri-*  
 do causa in supremo Princeps auditorio, sola facti veritate in- *ptatribus*  
 specta, deciditur, sive in prima, sive in secunda instantia, sive *potissimum*  
 causam ex justa causa avocaverit l. 58. ff. d. Jud. l. 56. X. d. Ap. *casibus ema-*  
 pell. MEV. P. II. d. 134. Secundus casus obvenit, quando *nant.*  
 Princeps

Princeps ordinario judici de causa simplici via pertractanda rescribit. Tertius demum contingit, ubi controversia sub clausula de plano & simplici solet committi delegato vel proprio motu, vel ad instantiam litigantium.

## §. XII.

*Recensentur species processus summarii explicandas propero, earum recensione sequentibus lumen allaturus. In genere dividi potest in eum, qui solo usu & arbitrio marii ex le- judicis, plerumque ad formam ordinarii, nititur, summarius gibis Saxo- in specie apud Saxones appellatus, & illum, qui speciali lege nicas.*

*P. S. Dividi potest in ar- Jur. p. 1161. In omnibus causis summarii, ubi deficit lex præ- bitariorum scripta singularem processus rationem formans, res redit ad arbitriatum, sive in specie talem. Confr. BARTH. Hodog. fo- r. c. 2. §. 2. Ab hoc verò processu summario discernenda extra iudiciales causarum cognitiones, quas sc̄epe superio- ra tribunalia, sub clausula conficiendæ relationis, committunt ex officio, ubi ob circumstantiarum qualitatem, antequam decernatur processus, plenius instrui volunt. Criminalis sum- marius dicitur I.) inquisitorius, ut distinguitur, ab accusa- torio & banniterio. Pontificio iuri maximè natales debet. v.c. 21. & 24. X. d. Accus. moribusque in primis Saxonum infor- matus. v. Ord. Pol. d.a. 1612. t. von Justiz & Sachen. CARPZ. Pr. Cr. p. 3. q. 107. In generale & ordinarium remedium abit hic processus, adeo, ut in foro criminali Saxonico non amplius fre- quentetur fiscalis officium, secus ac alibi, ubi finita inquisitio- ne generali, contra reum indicii gravatum fiscalis excitatur. Pro ejus justitia propugnat BRUNNEM. de Proc. Inquis. c.l. Speciali scripto eundem secundum, praxin Saxoniam, expli- cavit CARPZ. Saxonum Papinianus. conf. BARTH. Hodog. for. c. ult. §. 3. Totuseo redit, ut Judex de veritate delicti, ejus-*

eiusdemve autore per generalem inquisitionem factus certior, in speciali pro convincendo & condemnando reo labore, permissa tamen defensione. In eo maxime differt ab accusatorio, *Differentia* quod desit accusator, libellus, litis contestatio, & probatio a. ab accusato- liter ac in ordinatio perficiatur; exulet apparatus fatalium *rio.*

legalium, nec, nisi ob nullitates, admittantur appellations, quæ tamen supplicationes potius, quam strictè dictæ appella- *Summarius* tiones sunt. v. CARRZ. *Prax. Crim. p. 3. q. 139.* II. Succedit *II. denun-* processus, quem in causis injuriarum, *Mand. de Duellis d. 1706. ciatorius.*

& 1712. §. 23. Rex Poloniæ & Elector Saxonie Potentissi- mus observandum statuit, & communiter *denunciato-* rijs audit, quem mores ad delicta leviora jam ab anti- quo jam dum admiserunt, sub nomine des Rügen Pro- ccesses/ nec iis ignoratur, qui ex notitia status antiquioris Ger- manie norunt, certis olim temporibus ejus generis judicia ru- ralia eelebrata fuisse, & adhuc passim, ut in Holsatia & Sa- xonia Ducali, frequentari. v. FRITSCH. *de Statu Pagorum.* Differt ab inquisitorio  $\alpha$ ) *ratione materie*; ille ad graviora, *eiusdem* *differencia*  $\beta$ ) *probationis*, ille ad- *ab inquisi-* torio, mittit torturam, hic minus,  $\gamma$ ) *præjudicii*, ille famam ma- gis lædit, quam hic; in illo nemo ex contumacia condemna- tur ad effectum poenæ corpus afflignantis, bene tamen in hoc, ubi ad primum terminum, sub pena confessi & convicti, con- cesso unius saltim quaterdenæ spatio, eitur denunciatus, nec lasso aliter, quam deprecatione aut palinodia, succurritur.

### S. XIII.

Civilis Processus est vel petitorius, quo de ipsa re ejusque *Processus ci-* jure discepatur, vel possessorius, qui jus ex facto posses- *vilis petito-* sionis ortum persequitur l. 14. §. f. f. d. *Exc. reijud. Possesso-* *rius vel pos-* sessorius *tempore* *divisi possess.* *tempore* *mariissimæ.*

tempore impugnata, confundentibus quibusdam summarium cum petitorio. SCHILT. XIII. §. 11. Sed, licet ea expressa legislatione non nitatur, nititur tamen praxi generaliter recepta, & rationibus non omnia contemnendis. v. STRYK. de *decret. interminis.* Ut enim possessio, de qua litigatur, vel antiquior est vel novissima, ita de illa in sumario agitur, sic quidem ut insimil de possessionis quantitate & qualitate, ut loquitur BERG. El. Proc. Poss. §. 2. cognoscatur; de hac autem in summarissimo, non tamen aliter quam in casu retinenda possessionis. SCHILT. XIII. §. 12. MEV. P. III. d. 91. O. C. P. II. §. 21, licet contrarium afferat CARPZ. l. i. R. 9. In hoc summarissimo Saxonum Curiæ Provinciales specialem procedendi rationem agnoscunt, quam III.) inhibitivum processum nuncupant, à CARPZOVO singulare disputatio explicatum. Non tamen ad solam possessionis causam hic processus pertinet; locum quoque suum tuetur in aliis casibus, quos inhibitivos dicunt, ut contraventione contra sententiam aut transactionem, spolio, injusta incarceratione. Ad criminalia verò ineptè applicatur; Curiæ enim provinciales nulla gaudent jurisdictione in criminalibus. Peperit hunc processum usus & observationia, ad imitationem Interdictorum; approbavit vero eundem Ord. Pol. d. a. 1612. tit. von Justiz Sachen. §. 9. Ejusdem substantiales partes sunt α) supplicatorius libellus, quo allegatur possessio, & à parte rei turbatio, β) turbationis allegata demonstratio, γ) monitorium, quo turbans vel desistere gravando, vel jus suum suæque possessionis allegare tenetur, δ) inhibitio ipsa, quæ præceptum judiciale denotat, quo vis turbativa sub certa pena, annexa tamen clausula justificatoria, & termino ad docendam paritionem præfixo, interdicitur. ε) Demum in termino, ulterius cause moritis inspectis, inhibitio vel cassatur vel confirmatur, vel in vim simplicis citationis resolvitur.

III. inhibiti-  
tivus.

quando lo-  
cum habeat

eius origo.

partes eius-  
dem.

DECRETUM CIVITATIS RECUPERATIONIS

23 (26)

solvitur. Ut hoc possessorum modo procedendi differt ab ordinarii processus regulis, processu à mandato & executione incipiente, ita non nisi præparatorium est, in primis summa-  
risimum, quod ne quidem possessionis causam penitus deter- *hoc judicin  
eb mere  
minat, sed tantum, quis pendente lite possidere, quis actoris, quis rei loco esse debeat, ut loquitur MEV. P. III. d. 139. determinat.*  
Ceterum in inferioribus judiciis Saxonis causa posses-  
sionis processu summario in specie tali ventilatur, ita tamen,  
ut ubi periculum in mora, locus quoque detur præcepto pec-  
nali.

#### §. XIV.

Inter processus peritorios ad summarios spectant ii qui *IV. Exe-  
cutivus*, cuius fundamentum sicut axioma: executionem li-  
quidi non esse suspendendam per exceptionem illiquidam,  
explicatam à MEV. P. III. d. 226, idque tam quoad jus actoris,  
quam rei ratione exceptionum. Executivi, quo Saxones u. *eius origo*.  
tuntur, processus rationes specialius definitivit O. Pol. d. a. 1555.  
z. von versehitem Brieff und Siegel. O. Pol. d. a. 1612. tit.  
von *Justiz Sachen*. §. 10. Differt ab actione rei judicatae, de  
qua SCHILT. Ex. 46. aut modo impetrandi executionem O.  
P. S. t. 39. & ab eo casu, quo ex judiciali debitoris confessione  
aut transactione secundum §. 2. Ref. Grav. d. a. 1661. e. vult  
*Justiz Sachen* per mandata de solvendo, aut stylo patrii fo-  
ri, monitoria in seruo immisionis termino, agitur. Sunt qui e-  
jusdem Origines ex I. f. C. de Edict. Dir. Hadr. l. II. C. Dep. re-  
petunt, v. COLERVS de Proc. Executivo. Sed eundem re-  
ctius moribus Saxonum deberi puto, cum jure communi &  
Imperii, non, nisi adiecto obligationi pacto executivo, aut  
clausula, mit oder ohne Recht / procedi possit executivè, quo  
casu etiam mandatis S. C. locus datur. v. R. I. d. a. 1600. §. 31.

C 3

8

*eius sub-*  
*Bantia.*

¶ 32. Documento guarandigatio nititur Executivus Saxonum processus, cuius recognitionem vel confessionem petit actor, nec exceptiones, nisi eodem probandi modo aut rei confessione liquidæ, admittuntur. vid. *Dec. Elect. Sax. 2.* Documenti guarandigati requisita, præter ea quæ omnibus communia sunt, eo redeunt, ut debitor vel vere vel repræsentative in eodem sit nominatus. *Dn. de BERG. E. P. Ex. §. 9.* Cæterum nec ex lege, nec præsumptione, nec solo judicis attestato agi potest executive, ad effectum excludendarum exceptionum in altiori consistentium. Ea documentorum ratio si non adsit *V. aliis* procedendi modus summarius per *§. 8.* *Res. Grav. t. 2. d. a. 1661.* introductus est, ita à priori distinctus, quod reo concedatur reprobatio per testes aut jurisjurandi delationem facienda. Explicavit hujus processus momenta singularia *HORNIVS. JCtus Witteb.* speciali dissertatione. Sic hos processu agit, qui ex instrumento hypothecæ contra tertium possessorem, in eodem non nominatum, experitur. Idem de mercatore ex libro mercatorio juramento confirmato, aut possessore possessionem ex attestato judicia li investituræ probante, dicendum. v. cit. *Disp. §. 16. & 24. Illust. MENCKENIUS. JCtus Lips. Disp. I. ad P. S. §. 41.* Executivus operatur executionem vel in res vel in personam, hincque nova dependet species executivi Processus, *VI. Cambialis*, variis mandatis & edictis in Saxonia stabilitus, v. *Chur. Sachsisch Markt o. Rescript. d. 21. Jul. 1660. R. J. N. §. 197.* Instituitur ex literis Cambialibus vel per simplicem actionem vel impetrato rescripto arrestatorio, & maximam partem cum

*V. Sum-*  
*marius ex §.*  
*3. Res. Grav.*

*VI. Cam-*  
*bialis.*

*Differet ab*  
*executivo.*

executivo convenit, si executionem in personam, & quedam circa exceptiones singularia, de quibus *Dn. de BERG. in Disp. de Except. non numerat. pec. contra camb. excipias;* contra hæredes vero locum non habet, sed solus executivus. *Id. E. D. F. p. 135. v. Ord. Camb. Lip. §. 4.* moribus potius, quam ullo legali argumento *v. Ord. Camb. Magd. §. 4.*

§. XV.

## §. XV.

Executivo affinis est VII. processus arresti, ad effectum VII. Ar-  
consequendi pignoris judicialis O.P.S.t. 48. & 51. v. CARPZ. <sup>Eiusdems</sup> reformatum.  
P.C.t. 21. Moribus sine dubio Saxonice ille originem debet,  
cum quoad effectum pignoratitium, cum quoad jus prælationis <sup>eius origo</sup>,  
ex illo ortum, cum arrestum juris communis saltim ad detentio-  
nem, donec solutum, aut solutionem citius extorquendam ten-  
dat. *Recess. Imper. d. anno 1570. §. 84. d. a. 1594. §. 80.* <sup>formalia.</sup>  
MEV. P. I. d. 240. Totus processus arresti ad tria momen-  
ta refertur, α) impetracionem β) prosecutionem, γ) justifica-  
tionem. Non impetratur, nisi credito summariter probato.  
*Ord. Torgav. d.a. 1583. r. von Arresten/ v. MEV. P. II. d. 315.*  
itemque lapsu bonorum à parte debitoris, alias & contra ju-  
dicem & impetrantem injuriarum agere licet. Tempus quo-  
que petendi observandum; licet enim arrestum peti quoçun-  
que tempore possit, per rationes, quas explicat CARPZ. P.I.  
C.t. 21. a. 3. certum tamen est, arresto bona mercatorum tem-  
pore nundinali affici non posse, & hinc dubitatum diverse quo  
pronunciatum in Dicasteriis Saxonice, num tempore nundina-  
li generale arrestum in bona mercatoris Lipsie fallentis à Re-  
gim. Ele&t. decretum valeat v.Dn. de BERG. sup. E. D. F. P.  
I. p. 635. & P. II. p. 2076. Impetratum arrestum debitori de-  
nunciandum sub poena nullitatis, & binis vicibus ab una qua-  
terdena in aliam renovandum, adjecto ultima vice libello at-  
restatorio, quod arresti prosecutionem dicimus. Hoc reno-  
vationis fatale semper sub poena deserti arresti tam strictè ob-  
servandum, ut omnis planè reprobetur anticipatio, singulari  
prorsus rigoris forensis exemplo O.P.S.t. 51. §. 15. Justificatio  
fit, quando tam formalia arresti observata, quam ipsum debi-  
tum plenius demonstrantur, quod ea processus specie perfici-  
tur, quam debiti qualitas postulat. His jungendus venit VIII.  
Processus Mercatorius Curiæ Lipsiæ ad modum ordinarii defini-

cus,

*IX. Mera-  
torius.*

tus, rejectis tamen superfluis & fatalibus longioribus amputatis perspecialem ordinationem d. a. 1682. descriptus, cuius singularia commodo loco inferam.

## §. XVI.

*Quid de  
concurſu di-  
cendum.*

Non incongruē hic disquiritur, an Concursus Creditorum ad summarios processus pertineat: à multis id affirmati vides. Cum alias, inquit MEV. P. IV. d. 86. n. 1, ad officium judicis pertineat litium abbreviatio, tum ei in concursu creditorum eo magis studendum, quo eorum prolixitas & intricatio perniciosior; idem P. I. d. 210. n. 12, hæc autoritate Ord. Tribun. Vism. P. 3. t. 3, §. 7. confirmat; hinc quoque judicem in concursu multa posse facere ex officio statuit, cum alias in ordinario nonnisi imploratus decernat, cumque proprio motu citationes perficere. P. IV. d. 145. curatorem bonorum constituere. P. III. d. 1. & 223. concludit. Si unquam litium diuturnitas deploranda, est illa certè in concursibus creditorum dolenda, quos hominum ætatem sèpe superare vides. Non repetam hic incommoda fori Saxonici, quæ explicavit GEORG. BEIERUS, in Disp. de quibusdam incommodis Concurs. Sax. Omnenim enim premere videntur Germaniam; id potius notandum duco, processum concursus creditorum esse judicium universale tam ratione materiæ, cum plurium actionum comprehendat seriem, quam ratione formæ, cum ita comparatus sit, ut totam illam actionum juriūque seriem apte dirigat & connectat, eo modo, ut constituto liquido, deductisque prioritatis juribus, ad distractionem bonorum & cuiusvis satisfactionem deveniatur. Distinguendum ergo inter processum concursus generalem, & cuiusvis crediti probationem & deductionem specialem; illum plane singularem esse & ex natura materiæ orrum; hanc ea processus specie perficiendam

ciendam puto, quam cuiusvis creditoris jus requirit. Illustr.  
BERGERUS concursum dixit processum irregularēm, qua  
voce, nisi me omnia fallunt, dicere voluit processum concur  
sus neque ad ordinarium neque summarium esse referendum  
v. Oecon. Juris p. m. 1181. Quare & nos ejus rationem in præ  
sentiarum habendam non esse putamus.

## §. XVII.

Quod ad provocatorium, tum ex l. 28. ff. d. fidejuss. tum *Quid de*  
*l. 5. C. d. ingen. manumis.* attinet, vel inde patet, cum summa- *Provocato-*  
rium esse, quia est praeparatorius ad aliud respiciens, actionem *rio Processe*  
scilicet principalem, & nuda officii judicialis imploratione per *sentiendum.*  
ficitur. v. GAIL. I. Ob. 9. BLUM. Proc. Camer. tit. 36. §. 18.  
BARTH. Hodeg. for. 49. Utriusque remedii originem, diffe  
rentias, modum iisdem utendi, tam quoad forum commune  
quam Saxonicum, solide explicat Dn. de BERG. in *Elec. Proc.*  
*Provoc.* Constituere has provocations peculiare judicium, *constituit*  
nec nuda esse media actionem principalem in judicium dedu *Separatur*  
cendi, vel inde patet, quia plane singulatis & à principa *judicium.*  
li diversa in utroque remedio petendi ratio adest. Mo  
dus, per provocationem agendi, licet à quibusdam toties *Quando lo-*  
locum habere afferatur, quoties interest alterius famam *cum habe-*  
aut jura competentia defendere, falsa tamen est regula, *ant provo-*  
si universaliter assumatur. Nam, ut taceam, hæc remedia *cationes.*  
tanquam extraordinaria cessare, si ordinaria sufficiant, id cer  
tum etiam, dari casus, ubi illa plane respuit forum Saxonum;  
e.g. in causis injuriarum; licet enim, teste RIV. t. 1. En. 27. olim  
injurias quoque eodem remedio vindicare licuerit, in primis  
si imputationem facti aut causam debendi continebant, & quo  
que actionem injuriarum hac instituta provocatio non ex  
tingui statuatur: hodie tamen aliud dicendum, postquam, per

D

Mandatum

Mandatum d'oductilis, omnes olim consuetæ actiones pro vindicandis injuriis abrogatæ sunt. Porro cessat, quando non possidens possidentem provocare vult, v. BERG. cit. l. §. 15. de quo tamen multæ adsunt dubitandi rationes; ut & in criminalibus pro avertenda inquisitione. CARPZ. P. II. d. 182. Unde constat, soepe posse contingere, ut, per disputationem de admittenda provocatione, satis longo se se spatio à principali distinguat provocatorum judicium. Processus vero provocatorii singularia, quibus se se satis ab ordinario distinguit, & speciale judicium constituere re ipsa prodit, maximè eo redeunt a) quod tam in foro provocantis quam provocati institui possit. MEV. P. III. d. 212. CARPZ. P. III. d. 213. b) quod anticipari debeat diffamacionis demonstratio. O. P. S. t. i. in f. O. C. P. II. t. 25. R. J. Nov. §. 79. y) nec hæc fieri possit per jurisjurandi delationem v. MEV. P. III. d. 393. quia lex Saxonica supra allegata requirit probationem ante citationis emissionem factam; d) quod, licet summaria diffamacionis probatio ne jam facta, tamen plenior requiratur, quando diffamacionem negaverit provocatus ad effectum imponendi silentii. v. RIV. En. 21. p. 20. Et ulterius a) uti in diffamantibus arbitrio positum, coram quo judice velit principali actione experiri. MEV. P. III. d. 212. ita z) inde consequitur citationem in judicio provocatorio non operari præventionem, quod tamen saltim in provocatione ad agendum, non ad ceptam semel item peragendum, locum habet. v. LYNCK. L. I. d. 365.

## §. XVIII.

*Differentia* His præmissis jam ulterius ad ipsas utriusque iudicij præmissus que creditur differentias, quas ordinis causa in *generales* & *speciales* processus dividit. Uti processus variis actibus instantiisque a) *generales* constat, per quos, seu gradus, ad sententiam & litis finem decurrimus, ita actus hi solent dividi, vel *ratione ordinis*, in *præparatorios*

paratorios, judicium constituentes & subsequentes, vel à forma  
 in substantiales & solennes, seu formales. Rem tyronibus fori  
 notam narrō, sed satis tamen involatam. Posterior divisio  
 huc pertinet. Illorum fundamentum jus naturæ, horum jus  
 positivum processum formans, & specialius determinans sta-  
 tuunt. Illos sufficere ad summarium processum, hos in or-  
 dinario necessarios putant, dum in illo quod deest, judicem  
 vi nobilis officii supplere, in hoc mercenarium saltim ejus offi-  
 cium, regulis praescriptis alligatum, versari ajunt. In sum-  
 mario ergo processu aut omnia formalia deesse aut omnia so-  
 lo judicis arbitrio niti crederes, quemadmodum actus substantia-  
 les exercendi & determinandi concernunt, quod quam para-  
 doxum sit ex dicendis constabit. Si praxin consulas, hanc  
 doctrinam multis Dicasteriorum controversiis & mutuis con-  
 tradictionibus ansam dedisse deprehendes, Etenim sola na-  
 turali jure hac in re tuto fidere nequit ille, qui juri dicundo  
 præst. Jus illud, præter generales regulas finem judiciorum  
 describentes, nihil determinat, eoque ipso ejus insufficientia  
 statim proditur. Porro, si ad specialia quadam se submisit ra-  
 tiocinatio, illud mera prudentia universalis applicatio ad fo-  
 rum dici debet, consilia potius quam leges suppeditans. Sed  
 non novum est, multa ad ius naturæ referri, qua planè positivi  
 juris sunt, quod exemplo appellationis probat L. B. de LYN-  
 CKER d. Grav. Extraj. p. 16. Illustr. BERGERUS in E. P. emplo pro-  
 Matrimon. I. 2. inquit, in Processu matrimoniali requiri ei-  
 tationem, responzionem, probationem, tanquam processus  
 substantiales, ut loquuntur, actus, addita ratione, quia in  
 ea/ a matrimoniali locutus tumultuarie cognitioni non fit. Sed,  
 quod pacem tanti Viri dico, hæc & in tumultuario processu, (quo  
 quid dicatur nescio) necessario requiruntur, cum nulla, nisi  
 auditio reo & intentione actoris probata ferenda sit sententia.

D 2

Pergit

Pergit Illustr. JCtus autoritate CARPZO VII l.3. d.28. nec o-  
mittenda interrogatoria & brevem probationis disputationem,  
monetque hoc in parte caute legendum esse Carpzovium, cum  
ea ad solenius processus pertineant. Cum vero interrogato-  
ria modus defensionis sint, idque saepe commodi adferant, ut  
reus supersedere possit reprobationem, atque adeo ad item ab-  
breviandam faciant; non video, cur ea penitus exulare debe-  
ant à processu summario; imo toties necessaria reputo, quo-  
ties auctor probationem per articulos & depositionem in testium  
faciendam elegit. Exterum pergit Dn. de BERG quo ad  
responsum, simplicem & litis contestationi oppositam suffi-  
cere, claram tamen perspicuam & distinctam. Certe, cum  
facti narratio caput libelli sit, non potest judex nosse & caute  
distinguere, de quo puncto injungenda sit probatio, nisi ad sin-  
gula narrata clare & distincte fuerit responsum. Talem re i-  
psa à litis contestatione ordinaria, per Saxonicas leges descripta,  
non nisi sono & formula forte differre omnes norunt, qui acta  
perlustrarunt, & generalem plane prohibitam norant. P. I.  
Conf. 10.

## §. XIX.

*Substantia-  
lia recen-  
sentur.*

*Bac tamen  
non suffici-  
unt.*

*Probatur  
exemplis.*

Quod si ergo calculum ritè subduxeris, verum quidē est, peti-  
tionem, responsum, citationem, probationē, sententiam, execu-  
tionem partes processus necessarias, ex dictamine sanæ ratio-  
nis fluentes constituere, sieibi sua fides, sanctimonia, auto-  
ritas constare debet judiciis; sed uti dantur casus, in quibus ne  
horum quidem requisitorum absoluta necessitas apparet, ita  
nimis inadæquatè dicitur, his solis, quæ recensui, absolute & si-  
ne determinatione suppositis, naturam hujus processus absolvi,  
nisi judicem omni vinculo liberare, & cerebrinæ advosato-  
rum æquitati frenum laxare velis. Pergendum potius in ra-  
tiocinando & suppositis prudentiæ judicariæ regulis, in quo-

vis

vis actu specialior definitio tentanda. Sic enim patescet, comedem ratiocinii nexus sequi, quod congrua & juri factove attemperata petitio, sufficiens ad convincendum probatio<sup>s</sup>, citatio, terminum si non longum sufficientem tamen ad deliberandum, continens requirantur. Quis negaverit ad substantiam processus pertinere, ut contumaces certo modo coercentur; BRUNNEM. P. C. c. 4. suadet id prudentia, urget praxis, jubet metus, ne à malitiosis eludatur judicis autoritas, ad suum cuique tribuendum stabilita. Num putes, stilum hos in casu in foro Saxonum usitatum, ut sub pena confessi & convicti reus citetur à judice, si petierit actor, negligi posse in summiis, ex ea ratione, quia ejusmodi stilos penave ad formalia spectat, cum in processu summario sufficiat observare sola substantialia. Falleris omnino. Potius duo inde nota 1.) *Sententia nostra expedita* nullum esse posse processum sine aliqua actuum substantiali<sup>m</sup> determinatione sive formalibus, 2.) infinitas differentias n<sup>atur</sup>ur. utriusque processus ex errore hoc fangi posse, quæ tamen in praxi planè ignorantur. Intrepide ergo assero, insufficientem esse doctrinam, quæ sola processus substantialia à jure naturæ suppeditata ad constituendam differentiam specificam processus summarii sufficere tradit.

## §. XX.

Ex dictis equidem facile judicari potest de usu formalium in processu summario; juvat tamen pauca ad illustrandam materiam facientia subjicere. Veniunt hoc nomine *a-*  
*ctus illi, actuumque perficiendorum modis, quibus substantia-*  
*lia processus corumque applicatio varie determinatur vel formalia.*  
augetur, introducti tam ad necessitatem quam commoditatem judiciorum. Differunt ergo formalia à stilo Curia, uti vocant, quippe quo in proprio & strictiore significatu, modus loquendi & scribendi in judicis receptus exprimitur, cuius

D 3

in primis

in primis tenaces sunt Saxones. Non disquiram hoc loco, num totus ille formalium apparatus regulis prudentia semper ex aſſe respondeat. Constat, multa Germanorum Judiciiſ ex praxi juris peregrini olim eſſe obtrusa, multumque inde auctas fori ſolennitates, quæ hodie, utpote lege, conſuetudine, ſtatuto firmata, pro indubiis administranda iuſtitia ad miniculis ex hypothefiſibus ſemel receptis, habentur. Ferenda haec incommoda, donec adferatur fortior medela, & interim pro regula tenendum, haec formalia ſua ſemper ratione nitiri, qua non perſpecta, non niſi perpera de iis judicamus. Quare cum ſuprajamja notaverim, praecipuam utriusq; processus differentiam in eo conſistere, quod quædam in ſummario formalia à lege vel conſuetudine aliter quam in ordinario definiſta aut iudicis arbitrio relictæ ſint; noſtri in ſubsequentibus erit officii, id, quod principii loco poſuimus, per caſus ſingulares illuſtrare. Utque hoc eo fiat ſolidius, formalia processus duplicitis generis eſſe notamus, alia generalia & perpetua, adeo ut in quovis processu locum tueantur, nec circa illa iudici quicquama liceat, ut fatalē rei iudicatæ, & interponendæ appellationis; alia mutabilia & iudicis arbitrio non pro rorſus exempta, quod fatalē probationis in processu ſummario fori Saxonici probat RIV.t.20, En.6. Quemadmodum vero, quæ ad quodvis formalium genus pertineant, ex legibus processualibus & uſu diuidi eandum eſt; ita facile patet, in ſummario iudicio prioris generis formalia tamdiu obſervanda, donec probetur vel legalis vel uſualis corundem mutatio.

## §. XXI.

Dicunt  
quoque in  
ſummario

Inter generales utriusque iudicij differentias alteram ſuppediat vulgare axioma, quo iudicem in ſummariorum cauſis

sis magis quam ordinariis ex officio procedere statuunt. vid. *judicem*  
 BOEHM. *Jur. Eccles.* L. I. t. 32. §. 15. Denotat judicis offici- *magis ex of-*  
 um omnem obligationem, quæ judici, vi muneric*judicarii* *ficio nobili*  
 ineumbit. Differt officium judicis ab ejusdem arbitrio, ut-procedere.  
*pote quo facultatem judici à legibus indulcam exprimimus,* *Quid sit ju-*  
*qua potest quidem aliquid facere, sed non præcisè tenetur* *dicis officium.*  
 l. 40. ff. d. *Jud.* l. 8. ff. d. *off.* *Pres.* BERG. *El. Disp.* For. p. 969.

MARTINI ad O. P. S. t. 35. §. 3. n. 14. Solet etiam hac voce  
 non infrequenter statuendi jus designari, secundum regulam,  
 qua, deficiente lege res ad judicis arbitrium redire dicitur, ita  
 ut & necessitatem involvat. TEXTOR. *Disp. de Arbit. Jud.*  
 Officium judicis *aliud adstrictius* seu *mercenarium*, aliud *li-*  
*berius, seu nobile* dicunt. Illud supponit actionem in jure  
 proditam, ejusque sequitur naturam; hoc, nulla prodata actio-  
 ne, solam æquitatem in judicando spectat. Orta distinctio  
 ex antiqui juris formularii reliquiis, ubi ex mero judicis offi-  
 cio profici sci dicebatur, quicquid non ex actionis formula pro-  
 veniebat. Hinc tantundem in bona fidei judicis officium ju-  
 dicis valere dicitur, quantum in stipulatione nominatim ejus  
 rei facta interrogatio l. 7. ff. d. Neg. *Geb.* Et hoc sensu hodie  
 judex ex officio in summaris causis judicat, quando non spe-  
 cialis actio, sed vicarium actionum remedium, imploratio, pro-  
 cessum fundat. Sed quia processus summarius etiam in pluri-  
 bus casibus obtinet, in quibus non desunt actiones civili jure  
 prodictæ, ulterius inquirendum venit, *an in iisdem quoque ju-*  
*dex favore summarietatis plus posset ex officio nobili quam in*  
*ordinario?* Hic paucis excutiendum, quæ sint effectus officii  
 nobilis ex usu nostri fori. Scilicet, utitur judex nobili officio  
 vel supplendo, l. un. C. ut quæ desint Adu. vel proprio motu inqui-  
 rendo, in causis bonum publicum concernentibus, vel processum

*Nobis sensu*  
*tentia expre-*  
*nitur.*

*non imploratus dirigendo, & malitia aut negligentiam litigantium coercendo.* Etenim, ut de posteriori & priore effectu loquar, actione semel mota & judicio constituto, in quavis processus specie providere debet iudex, ut justo ordine omnia procedant & abusus tollatur. Hinc actionem non fundatam MEV. p. I. d. 42. aut libellum notorie ineptum p. I. Conf. 2. aut litis contestationem obscuram aut generalem O. P. S. t. 16. rejicit, inanis exceptiones negligit. MEV. P. 2. d. 26. STRYK. Disp. de rejet. ab actis c. 3. irrelevantem probationem improbat. l. 20. C. d. prob. nimiam testium multitudinem refrenat c. 20. X. de Test. Supplet quoque, tam quæ sunt juris communis quam quæ facti, si de illis ex actis constet. ZIGL. Di- cast. Concl. 34. Inde colligendum, mota semel lite officium iudicis ex quo gradu ad utrumque processum pertinere, cum summa & generalis officii judicialis lex sit, lites diminuere. l. 21. f. 3. reb. Cred. R. I. N. S. 34.

## f. XXII.

(3) Differen- Incipit judicium, à parte judicis, supplicatione, libelli obla-  
tia speciales, ratione, citatione, Clem. 2. ut lit. pendent. c. 20. X. d. O. & P.  
I. D. à parte litigantium litis contestatione l. 1. C. d. L. C. Sup-  
plicatione provocatur judicis officium, cum in civilibus re-  
gulariter illud non nisi imploratus impertiat l. 4. §. 8. ff.  
ydrat. sup- d. Dom. inf. Hinc toties eadem opus non est, quoties in causis  
plicationis. summaritis index etiam non imploratus partes suas interponit,  
quod fit, sicubi publicæ utilitatis ratio ipsum excitat. Pertin-  
ent huc causæ pupillorum, qui in publica reipublicæ tutela  
esse dicuntur l. 2. §. 1. ff. ne de stat. defunct. De alimentariis  
causis v. l. 89. ff. ad L. F. Huc quoque à quibusdam trahun-  
tur matrimonialia, per tradita MEV. p. VI. d. 61. Pertinent & huc  
verba, O. C. p. 2. r. 21. §. 3. Aufz Anrufen der Partheyen/ oder

der für sich selbst ex officio die possessionem illi sequestriren.  
 Qui libellum in summario processu exculare ajunt, inter solennem & minus solennem distingunt; per istum si intelligatur articulatus, aut inanis formulatum strepitus, res satis evidens est v. R. I. N. §. 34. P. I. Conſt. 9. Si non, nullum divisionis fundamentum video, cum in quocunque libello, praeter facti narrationem & petitum instituta actionis natura conforme, nihil substantialiter requiratur. Alii qualemcumque petitionem libelli locum tueri in summaris dicunt, re ipsa obscurum per æque obscurum exprimentes. Quis enim utriusque differentiam hucusque ostendit, cum certum sit, hodie in concipientis libellis superflua negligi, nec ignorantia & superstitione Advocatorum jus facit. Quod si forte dicas, in libello summario ineptitudines facilius admitti, nego illud atque pernego. Cum enim libellus sit basis totius processus, nec summarius processus confusionem, sed cognitionem celeriorem intendat, sequitur, quod eadem ratio in utroque processu militet pro reiiciendis ineptis petitionibus. Interim arbitrabitur judex, num vitia libellorum tolerari possint. Satis enim durum est, totum processum ob vitium inepti libelli, nimis sero deprehensum, subverttere. Ad dictorum illustrationem v. RIV. 2. 5. En. 21. n. 25.

26. BARTH. L.c. c. 2. §. 3. §. XXIII.

Ad illustranda dicta, juvat specialia quædam afferre. *Specialia de libellis.*  
 Et primo quidem tenendum, quod, quoties judici proprio motu inquirere licet, non opus sit libello. Probat hoc pro cessus inquisitorius, in eo maxime ab accusatorio distinctus. *quando libellus non necessarius.*  
 Nec requiritur specialis libellus, quando ex cambio & rescripto arrestatorio executio, arrestumque personale petitur. Porro *Quomodo regulariter libellus in scriptis offerendus, & reo ad delibera- fferendus.*  
 random transmittendus est, *Ref. Grav. t. von Justiz Sachen/ G. 8.* sed aliud servat praxis Curia mercatoria Lipsi, per verba

ba Ord. t. 5. Soll der Beklagte unverzüglich/ ohne Ertheilung einiger Frist/ durch den beschworenen Bothen / mit Vermeldung der Sache/ wann die Ladung geschiehet/ vorgefordert werden/ und dergleichen mündliche Citation, ungeachtet keine schriftliche Klage mit überschicket/wenn nur der geschworene Gerichts- Frohn hievon behördige Relation erstattet/und selbige von dem vereydeten Actuar oad acta gebührend registriret/die Würckung haben/welche sonst notatur styli eine rechtmaßige Citation hat. Nec silentio prætermiti pot-differentia. est differentia styli, quo in libello ordinario litis contestatio, seu Kriegs-Rechts-Befestigung/ in summario Antwort/ in Executivis recognitio petitur. Potestatem mutandi libellum, jure civili nullo spatio adstrictam l. 3. C. de Edend. §. 34.

*Quousque libellum mutare liceat in summario.* & 35. f. d. action. l. 46. f. d. Re Jud. prohibet O. P. S. t. 5. §. f. post guarandam aut item pure contestatam; cumque guaranda in summario non admittatur, BERG. E. D. F. p. 417. nec secundum communem opinionem, requiratur litis contestatio, dubitari posset, an non circa libellum mutandum laxior sit potestas in summario: Sed cum responsio rei litis contestationis vice fungatur, & generaliter jus fasque postulent, ne in detrimentum rei mutet actör consilium, verior est negativa, defendantibus illam CARPZ. P. I. c. II. d. 5. & BERG. Oeon.

*Quod causa Juris p. 1001. n. 7. Cumulationem plurium causarum in uno libello permittit O. P. S. t. 5. §. Wit lassen auch si ex eadem obligandi causa proxima, & iisdem concludendi mediis proveniant; alias non, nisi tres, admittit, jure communi aliter statuente l. f. C. d. annal. Except. Excipiuntur vero summaria quædam, ut liquidationes in concursu creditorum, cause rusticorum, de operis præstandis, vi textus allegati, controversiae mercatoriarum vi O. Merc. Lip. §. 6. in verbis: Soll der Kläger seine Klage mit kurzer Erzählung der Sache/ mündlich/*

lich/ jedoch formlich und schliefig/ anbringen/die denn auch/  
wenn gleich mehr als drey Puncte darinnen begriffen/ wo/  
ferne nur daraus keine Confusion zu gewarten/ nicht ver/  
worffen se. & pauperum, ex interpretatione usuali. v. BERG.  
*Suppl. Elect. Disp. For. P. II. pag. 210. ; ne tamen misceantur  
diversæ processus species , nec plures non socii credendi uno  
libello agant , aut unus contra plures non correos debendi  
experiatur,*

## §. XXIV.

Citatio in processu sumario æque ac ordinario ideo necessa-  
ria reputatur, ut reus deliberate possit, cedere velit an contendere;  
hinc rectè probat STRUV. *Ex. 5. §. 10.* reum non citatum, licet  
in judicio præsentem, non teneri respondere. CARPZ. *P. C. t. 7. a.*  
*1. n. 9.* Afferit ab hac regula exceptiones STRUV. *Disp. d. cit.*  
& Dn. de BERG. *El. P. poff. §. 5.* afferit, *toties sine citatione  
procedi, quoties periculum in mora, aut metus armorum subest,*  
*hincq; processus à mandato inchoari potest.* CARPZ. *L. 1. Resp.*  
*10. n. 21.* MEV. *p. II. d. 237. & 9. d. 14. n. 3.* MYNSIG. *Cent. 6. Obs. 6.*  
Illustrat dicta rescriptū regiū *d. 6. sept. 1718.* Lipsiae publicatū, de  
modo procedendi in causis cambialibus agens, ex quo sequentia  
lubet adscribere; Darben wir denn auch zugleich mit an/  
befehlen/ daß/ nachdem auch darüber Beschwerde gefüh/  
ret worden/ daß/ wenn ein Creditor den ausgewirckten  
Captur-Befehl überlieffert/ und dem Original - Wechsel  
produciert/ erwehnter Rath die Schuldner / mit Be/  
ziehung auf die Handels- Gerichts- Ordnung §. 5 und  
mit Vermeldung der Sache / warum die Ladung geschä/  
he / cirire lasse / und also dadurch diesen / wenn solche zu/  
mahl auswärtig / oder nicht genügsam angesessen / oder  
wol gar de fuga suspect gewesen/ doch so viel Zeit gelassen/  
sich inzwischen auff flüchtigen Fuß zu sehen; Wir aber

E 2

auch

*3. rat. cita-  
tionis.**regulæ**Exemplum.*

auch dieser Beschwer ein vor allemahl abgeholfen wissen  
 wollen; So befehlen wir hiermit / dasz besagter Rath zu  
 Leipzig in Zukunfft / wenn sich Wechsel - Creditores bei  
 ihm melden / und um die Captur ihrer Debitorum anzu-  
 schen/ sofort/nach befundener Richtigkeit und Recognition  
 derer Wechsel-Briefe / auch ohne vorhergehende Citation  
 besagte Debitorum mit Schung der Wache verfahren lassen  
 solle. Ceterum si abesse posse interdum citationem dicitur,  
 non omnis denegatur defensio. Hinc Mandatis S. C. sub- &  
 obreptionis exceptio opponitur. o. C. p. 2. t. 23. TEXTOR.  
*Disp. VIII. ad R. I.N. §. 50.* Contra Mandata C. C. causales de-  
 ducre licet ; nec, nisi brevio monitorio, in Curiis provinci-  
 Sax. inhibitiones decernuntur. o. Pol. d. 1612. von Jusitij Sach-  
 chen n. 9. Citato conceduntur tres septimanae ; spatium vero  
 rationum. si in contumacem ferenda sit sententia conde-  
 mnatoria , vel perpetui silentii comminatoria, per *Mand. d.*  
 a. 1670. MENCK. *ad P. S. Disp. IV. §. 9.* Sed ab hac regula  
 judicem recedere posse in summiariis, urgentibus circumstan-  
 tiis, non dubitandum. Refert quasdam Dn.de BERG. E.D.F.p.  
 64. ut 1.) Politicas, 2.) Policiey, Sachen, 3.) modicas, 4.) injuriarum, per *Mand. de Dueß.* 4.) mercatorias v. o. C. Merc.  
 Lips: t. 5. 5.) Studiosorum. 6.) celcris expeditionis,

### f. XXV.

Litis contestationem adeonecessariam reputant, ut ne quidē  
 partium conventione possit omitti, cum per illam verus con-  
 troversia status pateat, & quasi contrahatur. STRYK. *de Litis-*  
*cont. Event.* Sed si per eandem actum solennem intelligas, non  
 potest non obstat, quoad summarium processum, commune  
 illud : ubi non opus est libello, ibi nec litis contestatione, sed  
sublato

*sublato uno correlatorum, tollitur alterum.* CARPZ. L. 3. t. 4.

R. 31. Certè si ferenda est sententia, & de intentione litigantium jam satis ex actis constat, tuto abesse posse eandem non dubito. Obtento enim fine, non amplius curandum de me diis. BRUNNEM. P. C. c. 14. n. 5. Quia tamen forum Saxonum in substantia distinguit inter litis contestationem & responsonem, jam talibus & distinctius videndum, quid inter utramque interfit. Postquam formalibus in foro Saxonico generalis litis contestatio prohibita est, P. I.

Conf. 10. O. P. S. t. 16. Mend. d. a. 1696. conf. R. I. N. §. 37. nulliter agit, qui non clare, distinctè, specificè, sine verborum ambiguitate, ad actoris intentionem respondet. Cumque ratio legis in quo vis processu militans deprehendarur, scilicet ut probatio circa singulas facti circumstantias certius instrui queat, nihil differentia in substantialibus deprehendo, quascunque demum advocati cumulent formulas. v. BARTH. *Hodog. for. c. 2. §. 1. n. 6.* His positis anomala videri posslet doctrina illustr. BERG, in *Oecon.* 1043. ubi in causis summariorum, in primis matrimonialibus, valere ait generalem litis contestationem, nisi se ipsum refutaret in *Elect. Proc. Matrim.* §. 2. Nec B. TITIO credimus, qui in summariorum quavis actum contradictionium sufficiere aut litis contestationem juxta naturalem, quam, singit, simplicitatem penitus eliminandam censet. *Jur. Priv. L. 12. c. 4.* Potius ad forum summariorum pertinent ea, quae habet

GRIEBNERUS, in *princ. proc. jud.* p. 80. Si partes, inquit, *vicia Castela*, litis contestationis non urgant, non raro judices verba ambi- gua admittunt, & in sensum cominodum interpretatione flexunt. In executivis uti locum responsonis recognitio aut dif- fessio tuetur; ita in inquisitorio processu per responsonem ad articulos inquisitionales lis contestari dicitur, quam Saxones in hac via summariorum adeo rigidè exigunt, ut, licet reo in pra- liminari examine confiteante, non tamen definitive pronun- ciasse

ciasse, sed responionem ad articulos exigisse JCtos Lipsienses  
referat SCHILT. Ex. 49. ad f. §. 72.

## §. XXVI.

§) rat, con-  
sumacia.  
Àparte alto-  
ris,

àparterei.

Actore in primo termino emanente reus absolvitur ab instantia, nec nisi cautione de lite prosequenda præfita, admittitur ulterius. O. P. S. t. 10. §. 1. l. 13. §. 2. C. de Jud. c. 1. d. dol. in 6. Singularia ergo sunt, quæ habet Ord. Merc. t. 10. Geschehe es/ daß der Kläger in termino nicht erscheine / soll Beklagter/ wenn die Verhör Vormittags anberaumet / länger als bis um 12. Uhr / oder da sie des Nachmittags angesetzt / weiter nicht/ denn bis um 6. Uhr/ auf ihn zu warten/ gehalten seyn/ (cum alias tota dies citato cedat) er/ der Kläger auch/ auf Becklagens vorgehende Ungehorsamis- Beschuldigung / zwar mit der Cautione de lite prosequenda verschonet bleiben/ jedoch in die Unkosten vertheilet/ und/ bis er selbige erleget / weiter nicht zugelassen / und/ da er hierauff die Sache ersitten liesse / und darben nichts thun wolte/ auf des Becklagens Anhalten/ die Klage fortzuführen/ vermittelst einer von Zeit der beschoben Insinuation , eine völlige Sächsische Frist in sich haltender La- dung sub poena perpetui silentii citi et / und da er hierauff aussen bliebe / ohne diffalz ein ewiges Stillschweigen würcklich außerleget / und er also mit seiner hierunter ha- benden Klage und Zusprüchen gänzlich abgewiesen wer- den. Reo judicium subterfugiente, in ordinario processu, is con- demnatur usque ad legitima impedimenta, quibus non proba- tis causa cadit. v. O. P. S. t. 10. §. 3m Fall. Ex L. 2. a. 9. i. l. 53. f. d. re jud. Hodie usus ita fert, ut peratur citatio sub poena confessi & convicti, aut, in executivis, recogniti, cuius pra- xeos rationes habet BARTH, l. c. p. 310. Ita litem pro affirmati- tive

tive contestata haberi dicunt. Singularis rigoris contra reos contumaces exemplum habet *Ord. Merc. tam t. 13. in verb.* in dessen Verbleibung (scilicet si non responderit) ohne vorhergehende comminatoria (scilicet citatione & sententia interlocutoria, quas Saxones alias requirunt conjunctim, ad effectum pœnae, v. E. D. F. p. 327. RIV. t. 10. En. 43. BARTH. *Disp. de comminat. sub pœna confessi*; dissentiente licet HORNIO, in *Disp. de Proc. Summ. §. 41.*) Et Beflagter pro confessio, und die producirent documenta pro recognitis erkläreret / auch/wenn solches geschehen / und die Urkunden Beflagtens eigne Hand oder acceptirte Wechsel-Briefe/dar aus sonst die libellirte Schuld offenbahr / und dergestalt executive geklaget werden kan/ oder Beflagter die Schuld gesthet / ex so fort in die Zahlung vertheilet / und/ bis er solche geleistet / in Gehorsam behalten werden soll. Quo casu si executive agatur, ut reus libellum negando, recognitionem renuat, caveat actor, ne simul petat reum sub pœna confessi & recogniti citari, alias enim ex executivo in summarium, in specie talem, delabitur, & adversarii illiquidas exceptiones cogitur admittere v. E. D. F. p. 460. & P. II. supp. p. 304. De contumacia rei in non comparendo ita *Jus Mercat. t. 10. in f.* Wenn aber der Beflagte zu bestimmter Zeit also fort nicht erscheinet / soll er nochmahls bey Verordnung citiret/ auch wenn er sich darauff nicht stellete / ohne fernern Aufschub und Ansehen der Person / durch die Gerichts-Diener auff das Rath-Haus gebracht werden. Qui procedendi modus, quoad causas cambiales, etiam in aliis judiciis solet observari v. RIV. l.c. p. 980. BARTH. cit. *Disp. §. 2.* Merentur quoque notari, quæ huc pertinentia sunt, ex *Mand. contra Duell. §. 23.* & process. Soll die Ladung alsobald sub pœna confessi & convicti ge<sup>v</sup> denunciato schehen / und so dann / bey unterbleibender Erscheinung/ in causa in Die juriarum.

*Singularia  
Curia Mer-  
cat.*

die condemnatoria, nach Anleitung der Denunciation, erfolgen / auch dem contumaci keine weitere deduction gestattet werden; doch bleiben die Exceptiones non rite factæ insinuationis, impedimenti legitimi, und dergleichen/dagegen kirchlich und ohne Procesz zu deduciren / dem Geladenen billich vorbehalten.

## §. XXVII.

6) rat. Ex- Actoris intentionem excipiendo oppugnat reus; hinc no-  
cept. & qui- bilissima hæc processus pars quoque tangenda est. Videamus  
dem dilata- prius de dilatoriis, post de peremptoriis. Dñe hoc spectant  
tor. quæst. I. disquisitiones, & an dilatoriae in summario processu eadem, que  
in ordinario, ratione, secundum O. P. S. t. II. pr. Ref. Grav.  
d. a. 1661. tit. von Judith Sachen. §. 18. & Const. 3. p. 1. R. 7.  
N. §. 37. & antea responsionem, v. l. f. C. d. Except. & conjunc-  
tum in primo termino, sub pena præclusionis opponi debe-  
ant. Non loquimur de dilatoriis post litem contestatam natis  
aut cognitis, c. 4. X. d. Except. vel gravamen successivum im-  
pugnantibus, c. 47. X. d. Appell. Tunc enim nec in ordinario  
regula standum. Resoluta est quæstio Dec. Elec. XIV. in ver-  
bis. So lassen wir uns derjenigen Meynung / so da wollen/  
dass durch die Worte: sich einzulassen und zu antwor-  
ten/ wenn sie wieder den ausgebliebenen Beklagten auff  
vorgehende Ungehorsams-Beschuldigung gesprochen/dem  
selben die dilatorischen Exceptiones nicht abgeschnitten/son-  
dern solche nochmahls in folgenden Termin ein und vorge-  
bracht werden konten/ allerdings gefallen. Sine dubio alle-  
gatæ legis ratio est, quod opponendarum dilatoriarum termi-  
nus fatalis ad solennia juris positivi pertineat, quorum nullus us-  
sus, secundum communem opinionem, in processu summario.  
Decisio hæc novo dubio ansam dedit. Qualitum enim, an lo-  
cum

cum habeat, quando in primo termino contumax ad respondendum, sub pena confessi & convicti, citatur? Cum decisio de eo casu non loquatur, & leges correctoriz, in primis in dubio, stricte interpretandæ. M.E.V.P.II.d.71. Negativè Scabios Lipsienses pronunciassæ refert Autor E.D.F.p.351. contrarium afferentibus Wittebergensibus, quorum sententia ap. plausum meruisse videtur, tanquam convenientior allegata decisioni, quippe qua generaliter, indefinite, &, habita saltim summarii processus ratione, loquitur. Adde, quod solita clausula præjudicialis, quæ dubitandi argumentum palmarium continet, semper soleat adjici. Porro, si reus quidem compareret, sed vitiœ responderet, meliorque ipsi responsio sub consueto injungitur præjudicio, omnino dubitandum, an locus dandus decisioni, cum illa saltim de emanente reo loquatur, & vitiosa responsio pro infecta haberi soleat, non in favorem rei, qui contra legem commisit, sed actoris. Dn. de BERG. E.P. Exec. §. 23. Sed nihilominus decisioni standum credimus.

## §. XXIX.

Ulterius β) queritur, an omnes dilatoriz in summario processu, an vero nullæ, aut quædam saltim admittantur? Omnes admittere diversa processuum summariorum natura vetat. Omnes rejicere gravaminum dilatorias fundantium distincta ratio prohibet. Distinctim ergo res expedienda. Quæ fori competentiam aut personas judiciū constituentes concernunt, regulariter admittendæ, nisi probetur contrarium. Hinc foci declinatoriam cum effectu appositam refert RIV. Spec. Except. p. 5. cum Lipsia nec locus contractus nec destinatz solutionis esset, vi l. 21. ff. de O. & A. l. 19. §. 1. ff. d. Jud. c. f. X. d. Foro Comp. licet generalitas Ord. Merc. t. 3. videatur obstare. Exceptio deficiens mandat tam accuratè in eodem judicio attenditur, ut testo RIV. l. c. p. 46. litteræ mandantis non sufficerint. Econ-

*An in sum-  
mario locus  
exceptioni-  
bus dilato-  
ris.*

F

tra

tra frusta de prima instantia excipitur, quando miserabiles personæ ex beneficio *l. un. C.* quando *Imper.* in supremo Principis auditorio experiuntur. Nec exceptio litispendentis creditoris, ratione crediti jamjam in judicium deducti, arrestum in debitoris bona apud judicem rei sitæ impetranti, opponi potest. Etenim actio personalis & arrestum ad diversa tendunt, illa solutionem, hoc crediti securitatem respicit. E contra impetrato arresto adhuc jus cambii valide exercetur RIV. *En. 36, p. 1668.* Nec curatoris assistentia opus habet mulier Saxonica arrestum petens. CARPZ. *P. II. C. 15. d. 12.* nec minor in possessorio summarissimo. *b. f. C. quilegit. person. bandi.* Exceptio ordinis ut in causis mercatoris locum obtineat, *Dn. de BERG. L. 1. R. 246.* in cambialibus tamen exultat. *Ord. Camb. Lips. d. 13.* De dilatoriis processum concernentibus ex usu & observantia judiciorum judicandum est. Exceptio guaranda exultat in summario v. RIV. *En. 4. p. 470.* De nondum præstata satisfactione pro reconventione toties cum effectu excipitur, quoties habile adesse potest reconventionis objectum. Cessat illa in processu provocatorio, ceu præparatorio, locum vero habet in principali. CARPZ. *P. C. t. 20. a. 3. n. 6.* dissentiente licet RICHTER. *L. 2. d. 100. n. 68.* An illa in matrimonialibus locum habeat v. apud SCHILT. *Ex. 7. §. 16.* *Dn. de BERG. E. P. Matr. §. 21. seq.* Ex *Ord. Mercat. t. II.* huc pertinent verba. Wiewohl bey diesem Gerichte die Exceptiones feriarum sacrarum, ausser was diejenigen Actus, so diebus feriatis expediret werden können, (ut impetratio arresti, CARPZ. *P. I. C. 29. d. 16.*) betrifft/ ingleichen Præventionis und Litis pendentia, wenn solche in continentia zu bringen/ wie auch/ wenn der Kläger seine Person/ oder zur Sache sich nicht genugsam legitimiren  
Konte/

Fonte / und dann die Exceptio Spolii billich in acht zu nehmen ; so haben doch alle andere Exceptiones nicht statt. Qua generali clausula non excludi exceptionem feriarum nondinalium autor est RIV. l. c. p. 126.

## §. XXIX.

Perempotoriarum usus in summario processu eodem argumento, quo jus defendendi, adstruitur. Quadrat tamen <sup>II. Peremp-</sup>  
huc monitum MEV. P. IV. d. 306. quo judicem exceptiones <sup>totoriarum</sup>  
<sup>usus.</sup> notoriè frivolas admittendo justitiam protrahere afferit. Quæ  
huc pertinent ex jure Saxonico, processum executivum &  
cambialena concernunt. Celebris est quæstio, *an in utroque*  
*admittenda sit exceptio non numeratæ pecunie, et effectu, ut*  
*creditor pecuniam numeratam esse probare teneatur?* Affir-  
mandam esse quæstionem de executivo satis testatur experi-  
entia, licet id contra ejusdem naturam fieri credant Dn. de  
BERG. E. P. Ex. 43. SCHILT. Ex. 22. §. 20. FINCKELT.  
Obs. 119. Sed quod cambia attinet, aliter se res habet, cum  
per expressa verba Ord. Merc. Lips. t. inf. eadem, nisi à debi-  
tore in continentis probata, non attendatur; cambio vero in-  
dossato non hæc solum, sed & aliæ cedenti jure communi l. 4.  
§. 27. & 31. f. d. Except. dol. MEV. P. VII. d. 181. opponendæ  
rejiciuntur, nisi ex inspectione literarum cambialium proben-  
tur, per Mand. d. a. 1699. §. 1. seq. Dn. de BERG. in Philocal.  
for. p. 157. Id. Disp. d. Except. non numerat. pet. contracambi-  
um. Ceterum in executivo processu vulgata regula locum  
tuetur: *quæcumque exceptio per confessionem judicialem, aut* <sup>regula quo-</sup>  
*documentum liquidum, probari nequit, non attenditur.* Re- <sup>ad Execut.</sup>  
gulæ hujus probationem ex legibus Saxonis plena manu con-  
gessit FINCKELTHUSIUS, i.e. Quæ dici possit exceptio in  
F. 2. conti-

continenti liquida explicat *Dec. Elec. II.* in verbis: so in continent, durch unsaubre Urkunden / ex actis, oder des Ge- genseits Geständniß/ erweislich seyn. Hinc vana est cautela à CARPZ. P. I. C. 8. d. 30. & SCHILT. Ex. 16. §. 18. relata, qua reus exceptiones per testes à judge vel à notario examinatos, & inde confessum rotulum, probare jubetur. Rotulos testi- um ad documenta guarandigata (unsaubre Urkunden) non referri, nec recognoscendos esse, secundum *Dec. Elec. 74.* in foro Saxonico pro certo habetur, Dn. de BERG. *Oecon. p. 1161. n. 3.* Quod si exceptiones, eatumque probatio, processui executivo converiant, ulterius notandum, ex alleg. *Dec. II.* Dass dieselben zwar auch zugelassen/ jedoch der Schuldner wie- der die geflagte Schuld/ solche seine Exceptiones, die er et- wan einzuwenden vermeinet/ binnen dreyen Wochen/ von Zeit beschehener Insinuation der Klage und Beylegen anzurechnen/ in Schriften übergeben/ auch so dann zu- gleich Abschriften/ oder Urkunden/ womit er dieselben zu beweisen vermeinet/ beysügen sc. insuperq; voluit Sereniss. ELECTOR, per Mand. d. a. 1691. ut judex ex officio reum hujus termini fatalis admoneat, nullam forte aliam ob cau- sam, quam ut actor, de exceptionibus rei certior factus, ad re- plicandum se possit präparare.

## §. XXX.

*7. rat. dilat.* Ut dilationes variae sunt, ita carum usus non plane im- tationum, probandus, cum, indulta defendendi libertate aut imposita probandi necessitate, spatium quoque indulgeri debeat. Sed abusum dilationum multum nocere quivis facile perspicit. Hinc licet, teste GRIBNERO, in P. 2. *Process. p. 253.* JCti Wit- tebergenses causæ cognitionem & solennitatem legalem, vid. R. I. N. §. 50. O. P. S. t. 20. in processu summario negligendam puta-

putaverint; rectius tamen contrarium sentiunt CARPZ.  
**P.** I. c. 2. d. 17. & Lipsiensis, apud RIV. t. 21. En. 37. cuius Re-  
 sponsi verba merito adscribimus: **O.** n. w. angeführt werden  
 mögte/ daß/ was in der Procesz-Ordnung t. 20. §. Wir las-  
 sen auch/ insgleichen in dem I. 21. und 22. der neuen Erledi-  
 gung oder Landes- Gravaminum enthalten/hier nicht statt  
 habe/ weil man nur in Bescheinigung und Gegenbeschei-  
 nigung versire, an jetzt besagten Orten aber von dem Be-  
 weis und Gegenbeweis / so per legem eine gewisse Frist  
 haben/ gehandelt/ also diese Verordnung als ein odiosum  
 auff gegenwärtigen Fall/ dazu Einbringung der Gegen-  
 Bescheinigung der Terminus weder durch die Landes-Ge-  
 setze/ noch das in dieser Sache ergangene Urtheil/ sondern  
 allererst durch den Richter gesetzet worden / nicht gar zu  
 extendiren sey. **D.** a. d. Fürstl. Regierung Beklagten von  
**T.** zu Übergebung seiner Gegenbescheinigung eine Sächs.  
 Frist præfigir et/ sie auch dergleichen wohl thun können/ und  
 nach der Zeit selbiger zwey dilationes bereits erhalten/ also  
 diejenigen/ so er jeho verlanget/ nach Einrechnung derjeni-  
 gen/ so der Richter anfangs præfigir et/ die vierde seyn wür-  
 de/ dergleichen aber nicht einmahl bei ordentlichen Procesz/  
 und wo auff Beweis und Gegenbeweis erkannt / absque  
 legali solennitate ertheilet werden mag/ also nun so viel we-  
 niger in causa summatris, die ohne dem celerioris expeditionis  
 sind/ es schlechter dings geschehen kan/ sondern die Verord-  
 nung der Churfürstl. Sächs. Rechte ob paritatem rationis al-  
 lerdings hieher zu ziehen; so möchte auch dem von **T.** die  
 fernertweit gebetene dilation absque causa cognitione und  
 solennitate legali nicht ertheilet werden. conf. **Mand.** d. a.  
 1691. §. 5. Cumque in Curia Mercatoria dilationes cessent,

*Uxus Curiae  
Mercatorum.*

laudabiliter in eadē receptū esse refert RIV. En. 86. p. 820  
ut nulla sit concessa dilatio, nisi prævia Scabinorum sententia.  
v. Ord. Merc. Cur. S. 22. in verb. Auch weder von dem Richter ic.

S. XXXI.

3.) rat. probationis.

Probationem Saxonē in summario processu demonstratiōnē dicunt, & per verba Darthun/ bēybringen/ erweislich machen. v. RIV. En. 2. p. 752. bescheinigen exprimunt. Si forte, consueto stylo neglecto, de qualitate probationis dubitetur, ex natura causæ aliisque circumstantiis, ex quibus diversa processus ratio colligitur, facienda est interpretatio. Primum se se nobis sicut axioma, quo in summario leviores admitti probations dicitur. Est vero levior probatio vel ratione materiae vel formæ talis. Prius patet in causis cognitu difficilibus v. l. 28. ff. d. Probat. c. 19. X. d. Spons. MEV. P. III. d. 132. & o- talis est rat. minium clarissime in possessorio summarissimo. Ut enim in probanda momentanea possessione non omnis denegatur præsumptioni locus, adeo, ut antiquorem & titulatam possessionem demonstrans, seque adhuc possidere afferens, præsumptione momentaneæ possessionis juvetur, teste BERG. E. P. Poss. S. 32. MEV. P. II. d. 91. tum quia res præsumitur durare in eodem statu, tum quia præsumtio de præterito ad præsens valide producitur. Id. MEV. P. III. d. 64. P. VII. d. 25.; ita in eodem judicio locum quoque testimonio injurato dari probat Dec. Elec. I. in verb. Lassen wir uns die Meinung gefallen/ daß eine oder die andre Parthen zur Bescheinigung der posses in processu des momentanei possessorii summarischer Weise/ entweder vor den Richter oder Notario und Zeugen/ Articul.einzugeben/ und zum wenigen einen Zeugen vermittelst Eydes abhören zu lassen/ hinsüpro schuldig seyn; Im Fall aber unter den Parthenen eine sonderbare Gefahr/ Gewalt und Thätigkeit oder Tumult zu besorgen/

besorgen / auch zweyen unverwerflichen unbeeydeten Zeugen: diffalsz geglaubet werden soll ic. vid. HORN.  
*Dip. d. Prob. plena per unum test. MEV. P. IV. d. 293. P. VIII.*  
*d. 492. CARPZ. L. i. Resp. II. FINCKELTHUS. Ob. 32. Ratione*  
*formalium nullo processu opus est, per verb. O. C. p. 2. t. 21.*  
*Und alsobald darauff summarie und ohne einigen Gericht-*  
*lichen Process ic. Hinc probationem in hoo judicio saltim ad*  
*instruendum judicis officium fieri dicunt, eo effectu, ut nec ne-*  
*cesse sit probationes parti adversæ communicare, nec admis-*  
*tenda redemonstratio. L. B. de LYNKER. L. 2. d. 80. licet o-*  
*blata merito attendatur. MEV. P. IV. d. 300. nec recognitio-*  
*ne doecumentorum. CARPZ. de Inhib. §. 48. nec interrogato-*  
*riis, nec termino ad videndum jurare testes (Dissent. MEV. p.*  
*VIII. d. 492.) opus sit, cum etiam rotuli notariorum hic vale-*  
*ant. conf. RIV. En. 35. 36 p. 78.*

## §. XXXII.

Porro velut in transcursu notamus, quasdam species sum- *§. non ob-*  
*marii processus ad certum probandi modum esse adstrictas. Sic*  
*in executivo, nec juramenti delationi nec testibus locus con-*  
*ceditur. Suecurrit hic dispositio O. P. S. t. 25. inf. ubi docu-*  
*mentorum diffensionem impediturus, ad veritatem documen-*  
*torum per testes probandam certa ratione admittitur. Quæsi- *summ. ad-*  
*tum: an idem liceat in causis executivis & teste Dn. de BERG.* *mittuntur.*  
*in E. D. F. p. 770. Non dubitatum saltim, sed & negative re-*  
*sponsum. Sed si dicamus, eo medio usurum ad ordinarium pro-*  
*cessum relabi, & favori processus executivi licite renunciare, ad*  
*evitandum perjurium, nihil forte aliud regeri poterit, quam reo*  
*jam jam jus esse quæsum, vi cuius ad diffensionem admitti de-*  
*beat. Sed cum illa ratio etiam in cæteris militet processus sum-*  
*marii speciebus, in quibus admittitur probatio documenti per*  
*testes, parum roboris eidem inesse credo. Notari meretur dis-*  
*sensus.**

sensus JCtorum in hac quæstione, apud RIV. En. 31. p. 1013.  
 Exemplum quoque præbet provocatio diffamatoria. Cum  
 enim non decernatur processus, nisi prævia diffamacionis de-  
 monstratione, quæsitum: an etiam juramenti delatione fieri  
 possit? Negant RIV. p. 20. BERG. E.D.F. p. 24. MEV. p. III.  
 d. 393. BARTH. Hodeg. p. 49. n.c. quia adesse debet demon-  
 stratio hæc ante decretum processum. Idem per eandem ra-  
 tionem de probatione crediti, ad effectum impetrandi arresti,  
 astero. Licet enim eo casu etiam copiæ vidimatæ (vide omni-  
 no BARTH. l.c.p. 554.) testes fide digni, idem, p. 557. CARPZ.  
 L.4. Resp. 38. aut extractus libri mercatorii sufficiant; delatio  
 tamen jurisjurandi vel ipso periculo moræ removetur. Inde  
 quoque noto, quod in dictis processus summarii exemplis,  
 ut & toties, quoties judici saltim fit probatio, anticipare de-  
 monstrationem & ab initio processus perficere necessarium sit,  
 quod in ordinario O.P. S.t. 24. §. fin. secus.

## §. XXXIII.

*y) non ad-  
stricta est  
demonstra-  
tio censueto  
termino.* Quoad fatale probationis, quod in ordinario spatum  
 Saxonum est. O.P.S.t. 20. in summario resedit ad judicis  
 arbitrium, cum leges spatum definientes de ordinaria saltim  
 probatione loqui contendant. SCHWENDEND. ad Fibig.  
 p. 651. RIV. t. 20. En. 6. Dn. de BERG. E.D.F. 631. Quis autem  
 præsumat, legislatorem voluisse, ut, inventa inter probatio-  
 nem & demonstrationem differentia, forte tempore latæ legis  
 incognita, judice in summario spatum non definiente, per inte-  
 gra lustra suspensi possit demonstratio? Adeo hæc doctrina  
 creditur potius, quam solide probatur. Adhuc magis mirum vi-  
 detur, quod dicant, judicem non posse præcepto summariam  
 probationem termino fatali adstringere, sed requiri sententiam  
 interlocutoriam. Propugnat quidem hæc illustris BERG.  
*l.c.*

l. c. quotidiana in super praxi ad stipulante; sed, quanto sum-  
 marii processus incommodo, res ipsa satis loquitur. Longe  
 melius Curia Merc. finem summarietatis assequitur, per t. 16.  
 Ord. trium septimanarum spatio ad probandum dato, & ex-  
 ceptio spolii per *Conf. VI. P. I. O. P. S. t. II. c. I. d. ref. spol. in-*  
*6. c. 2. & fin. X. d. Ord. Cog.* ante litis contestationem opposita, in-  
 tra quindecim dies demonstranda est, quæ de inchoanda, non fi-  
 nienda, probatione intelligenda. Solet verò plerumque in  
 summariis certum tempus pro arbitrio judicis definiri, tam  
 quoad demonstrationem quam redemonstrationem, ( Be-  
 flagtens Gegen-Bescheinigung in ebennässiger Frist  
 vorbehältlich ) quo omisso ( dantur interdum judices ne-  
 gligentes ) redemonstratio etiam per semiseculum dif-  
 ferri potest, licet alias in ordinario illud exprimere non  
 necesse sit, sed terminus à die citationis ad publicanda atesta-  
 ta insinuat currat. *O. P. S. t. 21.* Quod monstrorum dicerem,  
 nisi experientie contradicere nefas. v. MENCKE, ad d. t. XXI.  
 Aliter procedit Curia Merc. per verba *Ord. t. 17.* So bald die  
 Zeugen abgehöret/oder/da die Bescheinigung durch Docu-  
 menta geführet/ solche recognosciret/ oder endlich difficiret/  
 soll der Gegenthil / so eine Gegen-Bescheinigung führen  
 will/ in denen Fällen / da solche sonstens statt hat / ohne  
 Erwartung der Citation zur Publication der Bescheinigung/  
 seine Gegen-Bescheinigungs-Artikel/ bey Verlust der/  
 selben / binnen 3. Wochen übergeben. Conferatur ad illu-  
 strationem dictorum Excell. GRIEBNERI Disp. de Except.  
 Spolii.

## §. XXXIV.

Plurima circa hoc caput diei possent. Monstrum enim *Annelatum*-  
 hodiernæ demonstrationis infelix partus noviorum temporum *tur quadam*  
 est, ubi per cerebrinas interpretationes forum Saxonum libe-  
 riis corrupti cepit, sculo D.D.AUGUSTI & JOH.GEOR-  
 GII 1. *probandi pertinencia*

GII I. incognitus. Et omnes corraderet strophas nec vacat in praesenti, nec lubet. Qui forum sequuntur, tutius sequuntur communem errorem. Ne tamen prorsus manca sit thematis tractatio, pauca adhuc subjungam. Fit probatio per articulos, seu succinctas positiones, puncta in responsione negata comprehendentes, quibus subinde quedam, ad elidendas rei exceptiones, immiscuntur. Contra hos reus se defendit interrogatoriis, ad singulos articulos conceptis. Hæc omnia in demonstratione rejiciunt practici, dubio tamen fori usu, v. BERG. E. D. F. p. 646. Suppl. T. II. p. 491. JCTi Lips. apud RIV. En. 45. t. 20. admittenda quidem interrogatoria, sed non communicandos articulos, putant. Sed qua ratione conficit interrogatoria specialia reus, nisi illis lectis vel visis? Oedipus forte his enodandis sufficiet. Sed Legislatorem Saxonum de hac praxi non cogitasse, vele ea, quæ de probando spolio O. P. S. t. II. & in O. Merc. t. 16. habentur, satis evincunt. Exponam, si licet, quid sentiam. Articuli ad accuratam probationem faciunt, interrogatoria nullam dant moram, & scepe plus profund quam redemonstratio; utrumque nullibi in summario interdictum; ergo cur stare prohibetur? Adde, quod in dubio, ad evitandas fori disputationes inanes, tutius sit ordinarium processum sequi.

## §. XXXV.

*Peraltis probationibus prefigitur tempus ad earum publicationem*

Qui BERGERIANUM opus scepe allegatum accuratus per volvere cupit, plura deprehendet, non nisi infautis rabilatum altercationibus patrocinium suo tempore praestitura. In exemplum evolvatur p. 633. 739. 607. 736. Probatione peracta, solet terminus & citatio ad publicandas attestations praefigiri. c. 30. X. d. Zest. Dies insinuate citationis initium termini ad reprobandum datis est. Quod si ergo & hæc cessare in summario afferas, cum communi opinione, RIV. t. 29. En. 4. BOEHM.

BOEHM. *Jur. Eccles.* L. 2. t. 20. §. 42. ubi præjudicium, quæ  
inde incommoda proveniant, quivis perspicit. Ubi lex huic  
incommodo medelam attulit, ut in probando spolio & judicio  
mercatorio, superflua est querela. Sed deficiente legis di-  
spositione, in incerto vagamur, magno justitiae nōcumento,  
nec, quæ HORNIUS, *Disp. de P. Sūm.* §. 49. habet, satis rem  
conficiunt. Interim praxis in lūfenario terminum redemonstra-  
tionis à die insinuatæ citationis ad procedendum computat.  
RIV. t. 21. En. 9. Sed cum, neglecto termino, redemonstratio  
habeatur pro deserta, quis facile patietur, terminos legales  
tantopere præjudiciales arbitrio judicis tantum nitit, sine ex-  
pressa legis permissione. Prudenter ergo judex ad evitandas  
rīxas modum ordinarii hac in parte sequitur. Finitis, quæ ad probationem & reprobationem pertinent, in primis per testes suscep-  
tātā, sequitur disputatio ejusdem c. 15. X. d. Tēst. Eam sequitur. *Eg. demon-  
strationis disputatio sequitur.*  
Ord. Merc. t. 19. rejicit, ut & O. P. S. t. II. in puncto exceptionis spolii. Notamus hic duo momenta, ex O. P. S. t. 29. ubi α)  
in scriptis eandem perficere permīssum, β) indulto ad singu-  
las positiones 6. Septimanarum spatio. *Ref. Grav. d. a. 1661.*  
t. VIII. *Juslīb. Sachet.* §. 22. Utrumque non observat praxis  
in summarīis, sed toti disputationis negotio arbitrarium spati-  
um solet præfigi, positionibus non nisi ore tenus perficiendis.  
Quem modum in primis servat Consistorium Lipsiense.

### §. XXXVI.

De illo processu summarīo, quem §. 8. *Ref. Grav. sup. De demon-*  
peditavit, pauca restant monenda. Anticipat in eodem acto *fratione in*  
probationem per documenta, illisque recognitis intentionem *Pr. Summo*,  
suam demonstrasse intelligitur, salva ceteroquin reo exceptio- *ex §. 8. Ref.*  
num demonstratione. Et licet naturali æquitati nihil con- *Grav.*  
veniat magis, quam actori contra exceptionum tela, permis-  
G 2

*en replica in  
eodem de-  
monstrari.  
queat?*

sa replicatione, succurrere l. 2. §. 2. f. l. 3. C. d. Except. non tam  
men in dicto processu actor ad redemonstrandas replicas, ex  
communi Practicorum sententia, admittitur, licet sint, qui æ-  
quius sentiant. Rem plena manu exposuit HORN, *alleg. Diff.*  
§. 52. Rationes eo redeunt, dicunt, actorem debuisse repli-  
cam libello inserere, & quemadmodum exceptionum de-  
monstratio à reo facta, ob anticipatam actoris probationem,  
re ipsa redemonstratio sit; ita certum esse, Saxones redemo-  
nstrationis redemonstrationem, ut & probationem elisivam v.  
c. 26. & 35. in fine X. d. Test. nescire, qualis tamen futura esset  
replicarum assertio, hincque alias in ordinario sancitum, ut  
exceptiones litis contestationi annexantur omnes, quo acto-  
ri inde instructo elisivos articulos probatorialibus inserere li-  
ceat. Effectum inde est, ut beneficium legis plerumque in-  
utile deprehenderetur. Quare si praxi licet contradicere, li-  
cebit illud in præsenti casu jure meritoque, licebit quoque  
authenticam decisionem serio optare. Non semper prævide-  
re licet exceptionum fundamenta. Et si inserenda est libello  
replica, id in hac processus specie alia ratione fieri nequit,  
quam eadem etiam per documenta probata. Sed ita fieri so-  
let sapienter, ut dum apices legum constentur, earum commo-  
do prorsus excidamus. Exclusus ita à replicarum deduc-  
*Quonodo-  
concludatur  
in causa.* ne actor ad separatam actionem allegari solet, eodem fato,  
quo reo exceptiones illiquidas, in executivo rejectas, per re-  
conventionem aut separatam actionem deducere permittitur.  
Peracta probationis disputatione in causa concludendum, apud  
Saxones non actu speciali, v. BLUM. Proc. Cam. t. 74. sed in  
ipsis productis, adeo, ut jure communi, partibus in conclu-  
dendo contumacibus, causa ex officio pro conclusa haberi pos-  
sit. MEV. P. V. d. 239. & 413. Hoc existente casu judex apud  
nos præfigit introitulationis terminum, eo effectu, ut, isto ne-  
glecto,

glecto, nihil amplius actis possit inseri. Facta conclusione nihil novi allegari potest, c. 9. X. d. fide Instr. nisi forte offrantur responsa Prudencum. O. P. S. t. 29. §. f., MEV. P. VII. d. 219. Sed excipiunt ab hac regula causas criminales, in quibus favore defensionis nunquam concludi afferunt, quæ tamen ad forum Saxonicum ex indole processus inquisitorii non pertinent. In hunc censu referunt etiam causas favorabiles, teste BRUNN. P. C. c. 26. & BERG. Oecon. p. 1124. Quæ si ad forum Saxonicum applicanda sunt, aut usu destituuntur, cum non soleant de conclusione interloquij judices, aut, si forte facta conclusione quicquam in causis in primis summaris addendum, illud citra ambages ex arbitrio judicis possit perfici, secundum vulgatum: judicii nunquam concluditur. MEV. P. III. d. 185.

### §. XXXVII.

Nunc paucis videndum, num dicta hueusque, de processu civili, locum quoque tueantur in criminali inquisitorio; licet enim instituti ratio vetet, pleniorom ejusdem tractationem suscipere, delibabo tamen pauca. Certum est, comminationem sub pena confessi & convicti in criminalibus quoque usurpari contra contumacem, quæ, licet nullo contumaciam accusante, in delictis paenam corporis, infamiae, sanguinivis non inferentibus effectu condemnationis non determinatur. In capitalibus delictis facta hæc confessio, utur formula subinde utamur, peñæ irrogationem ejusque executionem non censetur operari. v. CRUSIUS, de Tortura & Indic. P. I. c. 2. n. 26. BARTH. Disp. de comminat. sub pena confess. c. 2. Probationes proslus non indigent formalibus accusatorii processus. Hinc nec interrogatoria Rei ad articulos testimoniales, eorumque communicatio requiruntur, sed inquisito separatos defensionales, ad testes interrogandos, offerre

ferre licet. Cessat attestationum publicatio, è contra vero defensori perlustratio actorum non denegatur. Exulat quoque probationum disputatio, sed illius loco conceditur inquisito innocentia deductio, idque plus vice simplici. Quoties enim per sententiam, sive interlocutoriam sive definitivam, gravatur inquisitus, imo quoties novis premitur in dictiis, toties defensio nequit denegari, cessante in inquisitionibus provocandi licentia. Hinc audiendus reus tam pro avertenda inquisitione, quam tortura. Cum vero præliminari pro avertenda, ut vocant, defensione, defensores indicia fortè nondum satis probata evertere, aut in inquirendo impedire judicis officium intendant, cautus sit judex, ne, causa nondum satis instruta, cosdem sine Dicasterii consilio ad perlustranda acta admittat. Conceditur quoque Reo, si frustra avertere inquisitionem tentavit, principalis defensio, qua aut absolution, aut pena mitigatio obtineri posse speratur. Et licet in inquisitorio processu desit accusator, contingit tamen scipius, ut inquisitio à denunciatione ejus, qui per delictum læsus est, capiat initium, quo casu uti licet denuncianti inquisitioni adfert, & convincendi media suppeditare; Ita recte petit actorum inspectionem, & defensionis, ad refutandum communicationem, Conf. BARTH. *Hodeg. forens. p.* 1005.

### §. XXXVIII.

*Constitutio Ord. Merc. de Concurs. Cred.* *De Concursu creditorum* supra monitum; eundem ex speciali objecti ratione dijudicandum esse. Juvat in præsenti dicta ex *Ord. Cur. Merc. t. 21.* illustrare. Ut plura occurunt in dicta Ordinatione, quæ consuetas ambages minuant, ita, quoad mercatores fallentes, non minus laudanda est processus abbreviatio. Solet enim ad liquidandum citatio prima statim vice sub pena præclusi emitti, cum alias ad effectum præ-

præclusionis bina requiratur. *Ref. Grav. t. von Justiz Sachsen.*  
*§. 10. confr. MEV. P. Id. 258. & in Disc. Lev. c. 3. n. 125.* Ulterius  
 disponit Ordinatio darinnen länger nicht als 4. Wochen zum  
 endlichen Abschluß (intelligitur hic disputatio de passu liquidi &  
 prioritaris,) vergestalt bestimmet daß in denen ersten sechs Ta-  
 gen/ à die termini an / jedoch ausgeschlossen die Sonn- und  
 Feiertage (qui adeo utiles sunt ratione cursus) auf Klägers  
 provocation die Exceptiones , in denen folgenden die repli-  
 ca, in denen dritten die Duplic, in denen letzten die Triple,  
 jedesmal bey Verlust des Saches (qua poena etiam in ordi-  
 naria probationum disputatione obtinet ) eingebracht / und  
 weder vor den Richter / ohne vorhergehendes rechtliches  
 Erkäntniß / noch von denen Parthenen / oder deren Advo-  
 caten (forte per compromissum) hierinne einige dilationes  
 verstattet werden.

### f. XXXIX.

Sententiam Saxones in ordinatio Urthel / in summario 9.) var. sent.  
*Decretum, Abschied / Bescheid / Weisung / appellant. U. tent.*  
 triusque differentias explicat CARPZ. P. C. t. 16. a. i. ex quo  
 notamus, quod afferat 1.) clausulam , von Rechts / wegen /  
 in solis sententiis , non vero decretis , adjici , 2.) sententiam à  
 Collegio JCtorum , decretum ab ipso judice pronunciarit;  
 sed non tam dubia , quam falsa hæc esse experientia satis pro-  
 bat. SCHWENDEND. ad Fibig. p. 816. In supremo Appella-  
 tionum Senatu , ut & Curiis Provincie quando zu Recht pro-  
 feruntur sententiae , vox Urthel / in iis , quas Curia zur Gür-  
 te pronunciant , vox Abschied usurpatur , uti & in ordina-  
 riis , Erkennen wir vor Recht ; in summaris ; Geben wir  
 diesen Bescheidt / stylo sola observantia innixo , scribunt.  
 Nimia scope in his phrasibus subtilitas occurrit , & illis , qui  
 soro non adscuti sunt , mira , iis vero , qui causis petorandis

ope

operantur, non ignoranda. Sententia, elaps⁹ decendio  
momento publicationis computando, excepto inquisitionis  
processu, in rem⁹ judicatam transit, nec facile rescinditur l.4.  
*C. d. rejud.* Dantur tamen remedia contra sententiam, quibus  
vel suspenditur vel rescinditur. Posterioris generis est que-  
tela nullitatis, cuius præscriptionem quod attinet, forum Sa-  
xonicum utriusque iudicij differentiam siste. Præscribitur  
querela nullitatis contra sententiam, Urthel & adeo in or-  
dinario processu, spatio Saxonico, à tempore publicatæ sen-  
tentiæ computando. *O.P.S.t. 38.* Qui textus cum generali-  
scriptio*nis*, ter loquatur, nullitatum vero diversa sit ratio, dubitatum  
est, num de quibusvis nullitatibus veniat intelligendus. Inva-  
luit inde, & ut saltim ad processum ordinarium, non summa-  
rium, restringatur. *RIV.t.38. En.5. MARTINI ad O.P.S.t.*  
*38.n.31.* adeo, ut contra decretum de nullitate, per 31. annos  
& spatiū Saxonico experiri liceat; foli⁹ enim hoc casu ad  
jus commune recurri, *R.I.N. C.122.l.3.C. d. præsc. 30. ann.*  
adjecto saltim anno Saxonico, ut ferunt leges patrī, in or-  
dinaria juris civilis præscriptione, teste CARPZ. *L.I. Resp.*  
*33.n.9.* nisi causa principis longioribus vel brevioribus spatiis  
finiatur, Idem *P.I.c.26.d.31.* quod tamen in præsenti non ad  
examen revocabo. Nec (3) de nullitatis exceptione intelligi-  
tur, idque vel ideo, quia ad agendum temporalia, per-  
petua sunt ad excipiendo. *l.5. §.f. ff. d. dolii except.* MEV.  
*P.III. d. 383. SCHWENDEND. ad Fibig. p. m.* Sed putat  
CARPZ. *L.c. Resp. 100.* elaps⁹ spatio Saxonico nullitatineque  
agendo neque excipiendo locum esse, nec sine ratione, cum re-  
gula ante tradita ad eas exceptiones non pertineat, quæ per  
modum actionis in judicium deduci possunt. Par enim tunc  
exceptionis & actionis ratio, ergo par est, ut utraque pari jure  
utatur *l.32. ff. ad L.Aquil.l.9.in f. ff. d. jur. & fact. ignor.* Licet  
vero

vero sint quæ hic possent regeri , hanc tamen litem in præsenti nostram non facimus . Nec y) ad nullitatem insanabilem , quæ ipso jure nullam facit sententiam , pertinere textū credunt . l.19. ff. d. App. v. E.D. I.p.1027. Ulterius l.c. constitutum ut intra duplicatum spatiū Saxonicum dēducatur nullitas , & frivole sententiam ob nullitatem impugnans multām 40. flor. solvat judici ; sed cum J.Cti, strictè interpretanda esse verba ordinatio nis , nec ultra processum ordinariū proferenda , contendat , forte & hæc in sumario cessare adstruent , quod ex parte etiam notasse GRIEBNERUM , Pr. proc. p. 209. recordor . Sic vi deas ea , quæ ad abbreviandam litem faciunt , summo studio à sumario processu removeri , quasi summa necessitas ur geat , summarium processum per secula producere .

## §. XL.

De Appellatione & Leuteratione conjunctim videamus ; & <sup>ll. rat. Ap-</sup>  
 quidem prius de potestate his utendi mediis , post de modo pro <sup>pellat. &c</sup>  
 cedendi , sed paucis , ut delibasse materiam potius , quam tractasse  
 videamur . Provocandi licentia non facile cuidam deneganda .  
 Hoc enim clypeo judicij inferioris incommoda superamus .  
 Semper ergo tantus esse debet favor appellationis defensionis que , ut non præsumatur adepta . Hinc , delegata causa sub clausula remotæ appellationis , non quævis , sed frivola cen setetur remota . c. 58. X. d. Appell. c. 9. X. d. Sent. nec quævis remedia sententiam impugnantia eocasū desunt , v.  
 Disp. BRUNNEM. de appell. rescripto princ. remot. nec ter tium intervenientem prohibitionis formula stringit . Consequi tur inde etiam , recte MEV.P.II.d.364. cum CARPZ.P.III.d. 240. eorum refellere errorem , qui causas matrimoniales sine le ge non appellabiles dicunt . Interim non potest negari , dari ca fus ad processum summarium pertinentes , quos à provocan di licentia eximunt , scilicet ob notorietatem c. 61. X. d. appell. præjudicij levitatem . BESOLD. d. Appell. p. 272. periculum in quando non liceat appellare .

H

mora.

mora. De notorio non est, ut quicquam addam amplius. Quæ Pontifices circa processum notoriū constituerunt, rationibus politicis ad conscientiarum tyrannicas oppressiones respicientibus nituntur. De reliquis duo notanda sunt, & à processu summario etiam in causis levioribus ad exclusam appellationem, minus rectè inferri, cum in rebus levioribus etiam jus suum cuique tribuendum. l. 22 f. d. *Damm. infel.* l. 4 ff. d. *ref. in integr.* & quod leve in thesi videtur, præjudicium magnum in hypothe si fāpe evadat; & hinc eo minus per modum regulæ deneganda appellatio. f. l. 20. C. d. *App. 8.* Quando periculum in mora est, dicunt, appellationem non *suspensivum* sed *devolutivum* sortiri effectum. MEV. P. 3. d. 163, d. 107. & P. 4. d. 244. CARPZ. *Jurispr. Confab.* l. 2. d. 394. In Cambialibus Reus incarcerated, licet appellans, non dimittitur, datis tamen ad superiorem Apostolis. v. R. I. N. d. 107. *Ord Cur. Merc. Lip.* l. 20. MEV. P. 9. d. 133. Ut vero hæc ex usu iusvis territorii specialius solent definiri & inde dijudicanda sunt, ita non facile suaserim inferiori judici, ut appellationi non deferendo honorem superioris violet. v. ZIEGL. *Dicat.* p. 910. CARPZ. L. 3. R. 110. MEV. P. III. d. 74. *Mand. Elec.* *Sax.* d. a. 1670. & 1691.

### §. XLI.

*Nec locum concedunt appellationi in causis possessoriis,*  
*l. un. C. s. de moment. possess.* dissentiente licet jure Canonico.  
*c. 10. & 15. X. d. ref. spol. Clem. un. de caus. propriet. & possess.*  
*Afferunt quidem Saxones, in possessorio, maxime momentaneo, non admitti remedia suspensiva.* BARTH. *Hodeg.* 820. §. 13. sed cum ratione facultatis provocandi, jus Canonicum Romano juri in foro patrio prævaleat, RIV. tit. 35. En. 8. non sine ratione Dn. de BERG. E. D. F. p. 942. & Elec. Proc. Possess. §. 43, in hoc Curias variare afferit. Sic, contra sententiam in inhibitivo

inhibito latam, admetti provocationem probat CARPZ.  
~~de inhibit. c. 5. §. 53. n. 136.~~ De Leuteratione non est, ut multa  
 dicamus, cum, pro lubitu judicis inferioris, ea possit rejici.  
 Ceterum, ut etiam in causis non appellabilibus ob incidentia aut processus nullitatem, semper libera est provocandi facultas; ita in illis plerumque <sup>Quomodo</sup> non communicantur refuti ratiōnēs <sup>in causis non</sup> appellari. <sup>procedatur</sup>  
 sed appellationis justitia ex actis prioris instantiæ, quæ judicis cum libellis dimissoriis, etiam non admoniti per compulsoriales, statim transmittere tenentur, excutitur, <sup>γ)</sup> & pro circumstantiis remittitur, cum vel sine clausula. v. E. D. F. p. 952. Ceterum formalia leuterationis & appellationis eadem sunt in utroque processu. Hinc in sententiis leuterationum semper videoas frequentari vocem Urthel/ non Decreti, in primis in iis judiciis, quæ stylo semel recepto inhærent. Interponitur vero utrumque remedium à sententia aut Decreto intra decadendum, nec minus à gravamine extrajudiciali Saxones appellant. c. 12. X. d. Appell. Clem. 5. eod. In judiciis metalllicis remedia suspensiva stante pede interponenda sunt, nec in scriptis admittuntur. RIV. t. 35. En. 2. Interposita Leuteratione intra spatum Saxonicum petenda citatio, & terminus ad prosecutionem O. P. S. t. 35. sed Ord. Ind. Merc. saltim 14. dierum spatiū indulſit, de inchoanda prosecutione non absolvenda intelligendum. RIV. t. 35. En. 33. adeo, ut Leuterato ad minimum trium septiminarum spatiū in statuendo prosequendæ Leuterationis termino dandum censuerint JCti, apud RIV. En. 34. Pertinet huc quoque Mand. Elect. d. a. 1660. quo in concursibus creditorum, coram Senatu Provocationum pendebus, citatio ad prosequendam Leuterationem intra octiduum, teste RIV. En. 32. extrahi jubetur. Appellatione interposita petendi sunt Apostoli intra 30. dies, sub pena desertonis,

tionis, instanter & scipiis. Clem. 2. d. Appell. l. 24. C. eodem. Saxones aliud addiderunt fatale, redimendorum Apostolorum, den Termin zu Ablösung des Berichts / quo non observato, deserta censetur provocatio, & à Judice inferiore talis declaratur. Ref. Grav. d. a. 1653. t. von Justit. Sachen. Grav. 29. Hæc abesse jussit Ord. Mercat. dum appellantem intra octiduum à tempore appellationis interposita, redimere Apostolos & in casum succumbentia definitum quantum deponere jussit. Ulterius, si à tempore quo appellationi datum ad proximum Senatus aut Curia Provincialis terminum supersunt tres septimanæ, justificatio suscipienda est, cum in ordinario terminus spatium Saxonicum continere debeat. MENCKE Disp. I. §. 26. Cumque de fatali introducenda Appellationis termino nihil caveat dict. Ord. t. 20. res redit ad spatium menstruum in Saxonia Ord. appell. introductum, à tempore acceptorum Apostolorum, non tamen aliter computandum, quam si judex appellanti hunc terminum constituerit.

## §. XLII.

*An novam in  
secunda in-  
stantia de-  
ducere &  
probare li-  
cent.*

Plura omnino afferri possent, nisi vela contrahere, & infra dissertationis limites permanere placeret. Multa adhuc suppeditaret t. 20. Ord. Merc., dignus, qui speciali commendatione illustraretur. Coeterum, in appellationis instantia, processus in Electorali Saxonia ratio sic fatis comodè disposita conspicitur. Solet in quibusdam Tribunalibus, ad mentem juris Civilis, causa in secunda instantia ad statum litis contestata reduci; solet, *beneficio* l. 4. C. de Tempor. Appell. novus controversiarum status, nova probatio admitti; solet libellus offerri, lis contestari & processus ab ovo, ut ita loquar, testaurari. Quæ inde incommoda & justitiae protractiones proveniant, eruditè exposuit Vir magni nominis critique LUDOLPHUS.

PHUS HUGO, *de abusu Appellat. tollend.* Saxones vero  
appellationis iustificationem, quoad materialia, non nisi ex  
actis prioris instantiae perficere solent. Qua enim ratione, qua  
conscientia, prioris instantiae judicem gravamen tibi intulisse  
asserere potes, si intentionem tuam solidius probasti, aut no-  
va defensionis fundamenta allegasti in secunda instantia, & ita  
ex probationibus antea ignotis reformatoriam obtinuisti. Bre-  
viter Saxones nec nova deducere nec novam probationem su-  
per iisdem aut directo contrariis articulis permittunt. v. BERG.  
*Oeconom.* p. 1142. Palmarium argumentum est, quod probatio  
termino legali adstricta sit, quo elapsa censetur deserta. Nova  
vero deducere, vel ideo prohibitum, quia libello post litem conte-  
statam nihil addi potest, & exceptions omnes litis contestationi  
jungendae sunt. Quare fallitur CARPZ. P. I. C. 21. d. 8. quando con-  
trarium adstruit, & in exemplū proponit, posse eum, qui rei vin-  
dications egit, in secunda instantia titulum de novo allegare &  
probare. Evidem me non fugit Doctorum hac in re dissensus,  
qui ex vulgato illo, statuta strictè esse interpretanda, sententi-  
am menti & indoli legum Saxoniarum contrariam afferere  
non erubescunt. Sufficit sententiae nostrae suffragari pra-  
xim. Aliud tamen est, si puncta incidentia emergant,  
aut probaturus juramento afferat, se testimoniū vel instru-  
mentorum notitiam antea non habuisse. conf. MARTINI ad  
O. P. S. 1. 10. §. 6. n. 700. Jam ad *Processum Summari-  
um.* Dicunt, novā probationis prohibitionem non profe-  
rendam esse ultra limites ordinarii processus, cumque de-  
monstratio non legali spatio, sed à judge ex arbitrio definito,  
adstricta sit, inde quoque diversitatis rationem depromunt. v.  
CARPZ. P. C. t. 18. art. 6. BERLICH. P. I. Conclus. 40. Fa-  
tuus tamen esset, qui Reum in processu executivo condemna-  
tum in secunda instantia, hoc privilegio, ad demon-  
strationem exceptionum illiquidarum admittere veller. Bre-  
viter

viter ut mentem explicem, ubi in causis summariorum iudex pri  
ma instantia sufficientes & ad modum ordinarii processus in  
structas probationes admisit, non indulgenda est in secunda  
instantia nova demonstratio, quippe quia item protrahit ma  
gis, quam promovet. Et quam in ordinario adducunt rationem  
eadem etiam in sumario militat, cum demonstrationem in ter  
mino à iudice definito negligens, eandem quam in ordinario,  
poenam luat.

## §. XLIII.

**rat. exec-** Properamus jam ad id, quod extrellum in jurisdictione  
**cutionis.** dicitur *I. un. §. 1. ff. Si quis jus dicenti. executionem scil. rei*  
*judicatae, quam Jus Romanum actione judicati, & speciali*  
*processu, in causis ordinariis V. STRUVIUS Ex. 44. ad ff.*  
*§. 15. in summariorum vero per officium Prætoris I. 50. ff.*  
*de Erit. captis pignoribus aut manu militari fieri jubebat v.*  
**SCHILT.** *Ex. 46.* Nostris moribus executio per precepta,  
qua dicunt executiva, imperatur, quibus neglectis ad ipsos  
deum actus executoriales, pro diversitate processus & obje  
cti executionis, diversos devenitur. Fit regulariter executio  
in bona primum *mobilia*, post *immobilia*, denum in *jura &*  
**Except. rat.** *actiones, O. P. S. t. 39.* Ab hac regula in favorem minorum  
*minorum. d. Ord. exceptio fundata est, adeo, ut his condemnatis, ex  
ecutio prius in nonnina, (exceptis nominibus Cameralibus Decs*  
*Elec. 64. forte quia fisco credens eadem securitate, qua in*  
*immobilibus gaudet, cum fiscus semper solvendo esse presu  
matur. I. 2. §. in f. ff. fundo dot.) quam immobilia sit susci  
pienda, forte etiam ex mente Juris Civilis I. 5. §. 9. ff. de re  
bus cor. qui sub tut. CARPZ. P. I. C. 32. d. 13. Meretur his jun  
gi excerptum Ord. Cur. Mercat. t. 21. Ut ordine illud  
fiat, præmittendum, *actiones in judicium deductas*  
*& sententia definita esse vel reales, vel personales;**

**Singularia**  
**Cur. Mer  
cat.**

les; in illis præstenda res, in his species, quantitas, fa-  
ctum. De realibus ita cavit Ordinatio: soll denje<sup>rati. action.</sup>  
migen / welchen die Ausantwortung laufert leget in<sup>realium.</sup>  
verhalb 8. Tagen (à tempore insinuati præcepti executivi  
alias Jure Civili statim. I. 2. J. d. Offic. Jud. Saxoni-  
co , intra 14. dies restitutio facienda , C. XXXII. P. I.  
etiam in actionibus in rem scriptis) den Kläger solche zuzue-  
stellen ange deutet werden. De personalibus ita : Wenn  
aber die Klage auf Persönliche Zusprüchen bestanden/<sup>E persona-  
lium.</sup>  
soll wieder Beklagten so bald nur res judicata vorhanden/  
nach Wechsel-Recht (personalis arresto) verfahren werden/  
(in cambialibus statim post recognitionem debtor carceri tra-  
ditur) doch daß dem Kläger frey stehe / sich zugleich in das  
verschriebene Unter-Pfandt / oder sonst zu des Debitoris  
Vermögen verhelfen zu lassen. Cumulantur hic duo re-  
media contra modum alias consuetum. Carcer enim regu-  
galiter in causis civilibus prohibitus est f. l. 1. & f. C. qui bon.  
e. poss. Nov. 4. c. 3. RIV. En. 5. t. 25. nisi de fuga ad sit suspicio  
l. 10. f. 16. ff. que in fraud. cred. vel excusso decoctore P. II.C.  
XXXI. & ad puniendam contumaciam. l. 34. ff. de re jud.  
Factum illud in majorem securitatem, cum plus cautionis sit  
in re quam in persona. l. 25. ff. d. Reg. Jur. & executio tribuat  
pignus judiciale. l. 2. 3. C. si in caus. Jud. O. P. S. t. 47. Ita ta-  
men illa procedat executio, ut dato trium septimanarum spa-  
tio, simul terminus faciendæ executionis præfigatur. Execu-  
tio vero & immissio, distincti apud Saxones actus, simul per-  
ficiuntur. Ad præstanta facta condemnatus vel mandatis <sup>Quomodo</sup>  
penalibus vel carcere adigitur ad præstandum, quod debet, <sup>fiat execu-</sup>  
O. M. d. t. in f. adeo, ut, reo in contumacia perseverante, e-<sup>tio in pre-</sup>  
tiam ad severioria possit deveniri. Possunt hæc omnium <sup>facto</sup>  
optimè ex materia matrimoniali illustrari. Sic conjugi de-  
bitum

bitum conjugale denegante, etiam ex quorundam opinione, ex capite desertionis dissolutio potest concedi v. STRYK.  
de Consens. Spons. Sett. VI. §. 20. 21. Si pertinaciter detrectat altera pars consummare matrimonium, indictio cœlibatus, relegatio, vel etiam missio in bona decernuntur. V. CARPZ.  
Ipr. Conf. L. 2. d. 33. COTHMAN, Vol. II. R. 86. n. 101. MEV.  
P. III. d. 383. Sed hæc non tam ad diversitatem processus, quam objecti pertinent. Ut verò nihil magis impedit executiones, quam frequens appellationis abusus, cui velando fingitur excessus in executione à judice commissus; hinc non cessu in execu-  
*Caveat iudex ab excessu in executione quando.*  
tione solum judicis est excessus omnes præcavere, ad id enim tenetur semper, sed etiam superiorum admonere, ut executionem, cum clausula, sich durchlein ferners appelliren irren zu lassen / remittat. Prudenter ergo in fine t. alleg. Ord. Merc. cautum, ut non admittantur contra executionem remedia, eo, ut opinor, effectu, ne sistatur per provocationem cursus executionis, licet dandi sint Apostoli, ob effectum de-  
volutionis.

## §. XLIV.

*Judicium de proc. sum.* Patet ex dictis, qualis apud Saxones sit processus summarii ratio, quæ, sicuti certa lege nititur, sic satis commoda videtur; ubi verò ex sola observantia orta, inter Dicasteriorum arbitria vagatur, non potest non justitiae noxia, civibus periculosa, & quam maximè reprobanda esse. In primis sat is iniqua, & vix ac ne vix quidem excusanda crudelitas, quod fatalium terminorum usus, negligentiam litigantium, & quod liti remorare dare potest, ad certa temporum spatia restri-  
gens, planè in summaris pellatur in exilium; ita enim esse. Etum, ut in optimarum legum abundantia, in statum quen-  
dam anomiae prolapsi fuerimus. Si quicquam circa illa per-  
mittendum erat judici, id ita fuerat ex regulis prudentiæ  
tempe-

temperandum, ut, silente judice, semper locum habeant fatalia ordinaria; ceterum judicanti licitum sit, eadem arctius constringere, & pro circumstantiis abbreviare. Sed sunt haec æquitatis cerebrinæ consueta incommoda, quæ dum per modum regulæ iniquas & odiosas reputat sanctiones libertatem restringentes, per strictas interpretationes, sine omni circumstancione adhibitas, in perniciosos opinionum insertarum scopolos incidit. Quare, si queritur, *num expeditat totum processum ordinarium abrogare; substituto in ejusdem locum summario* (prout in Gallia, Suecia, Dania, Anglia fit. vid. BREMEN. de Caus. summ. p. 14. seq. & in Ducatu Magdeb. Ord. Jud. c. 8. §. 5. cautum; conf. Potent. Regis Borussiæ Verbesserung des Justitiæ Wesens. d. a. 1713. §. 18. & passim) ex præsenti rerum statu citra dubium negative respondendum; cum tamen, si certius definita esset processus summarii ratio, omnino optandum, ut omnes lites maxime celeriter tractentur. BARTH. Hodeg. p. 426. Cunive ad summarium, quem in specie talem diximus, & qui omnium maximè in incerto fluctuat, judicis officium, in definiendis terminis fatalibus, cum primis concurrat, cavendum utique, ne hac in parte quicquam desit. Quod vero cause cognitionem, & in dirigendo processu prudentiam attinet, cavendum, ne sub velo celeritatis superficiarie causas tractent judices, aut per abusum arbitrii, quod in summaris sibi arrogant, in tumultuarias vias incident. Inde enim frequentes querelæ nullatum, appellations, supplications, causarum avocationes, quibus mire se effrerunt tabulæ, & ad artes suas incrustandas utuntur. Solent alias prudentiæ generaliter spectatæ quatuor partes constitui, *attentio, circumpeccatio, providentia, discretio*. Idem quoque sibi dictum putet judex. Hinc probè attendat ad processuum summariorum naturam, & ad actu-

I

um

*Pance  
de offic. iu-  
dic. in  
summar.*

*Offic. i.*

*Offic. ii.*

um specialiter definitorum causam finalem ; circumspiciat cuiusvis negotii summariter tractandi circumstantias, & sicubi his perpensis in dirigendo processu quicquam decernere velit , caute provideat, quid contra mouere possint litigantium Patroni ; & demum solide discernat, quid ad abbreviandum processum faciat, si non semper ex eo , quod prudentius est, tamen ex eo , quod usus & observantia Summorum Tribunalium approbare solet. In foro enim id solet pro vero habere, quod summis placuit collegiis. *S.f.j.d.satisfat.*

*f. XLV.*

*Offic. 3.* Notum est, judicem in quibusdam casibus partes prævenire , & ex officio quædam, non secus ac imploratum, expedire posse. Ut unicum saltim exemplum addam : potest judex in petendo termino & citatione ad prosequendam leuterationem prævenire litigantes Dn. de BERG. *E. D. I. p. 969. & Suppl. T. II. p. 620.* Non hanc sibi facultatem fructu datam putet is, qui juri dicundo præst, sed eadem , quoties licet, in primis in summaris, utatur. Ulterius caveat judex, ne vel ipse vel partes summarissimo præsertim possessorio abutantur. Et si enim eorum opinionem non suscipio tuendam , qui sine animæ periculo possessorio remedio neminem agere posse contendunt, nisi ad ipsum quoque pertineat proprietas. BRUNN. *ad l. 24. ff. d.R.V. cum adhuc dubium, an alter melius jus sit demonstratus, & , quod possessorum retinenda attinet, illud pœnam turbationis contineat; v.l.7.C.Unde V. variis tamen modis in abusum trahi potest, ut α) si in quibusvis levioribus causis, & ubi cessar periculum in mora, aut metus armorum, ipse judex (forte, ut duplex aut triplex processus plus lucri adferat, postquam justitiae administratio inter modos acquirendi relata fuit ) partibus etiam non adeo urgentibus, possessorum admittat; β) si de solo possessorio cognoscat, ut ut ex actis li-*

*Offic. 4.**qui-*

quidissimè de proprietate constet , non adeo spernenda est dispositio INNOCENTII III. in c. 6. X.d. caus. Poss. dicentis: *etrumque (scilicet petitorum & possessorum) una sententia debet terminari.* Sed licet in pronunciatione sit possesso premitenda, in executione tamen debet proprietas prevalere; Licet quibusdam derisoria videatur. Prudenter ergo judex cuncta, quæ circumstant , expendat. Cumque processus summarii & specie & gradu differant, sequitur non unam e- andemque semper celeritatis rationem requiri. Quare,nec nimium latus, nec nimium præceps sit in decernendo. Longè celerius advolare debet judicis officium in cambialibus & possessorio summarissimo , quando metus armorum aut fugæ adest, quam fortè in matrimonialibus. Inde caveat judex, ne,una in omnibus oberrans chorda, nocumento potius, quam emolumento sit causis summatiis. Diversus enim finis, distinctaque circumstantiæ, distincta quoque exposcunt media , & non nisi ex facto jus nascitur.

## §. XLVI.

Plura ejus generis adferri possent , si judicis officium in *Conclusa decernendo, cognoscendo & exequendo*, distinctim placeret considerare. Sed majoris judicii, magisque subacti ingenii res est , de officiis eorum scribere, quorum doctrina longo rerum usu solet expoliri. Contraho potius vela , & ad finem proprio. Certè, tantam thema hoc scribendi materialiter facile potuisset subministrare , si de quavis processus summarii specie, & questionibus singularibus , circa unamquamque occurrentibus , majore cura placuisse tractationem suscipere ; quanta ad dandum volumen non speriendæ molis sufficeret. Nobis voluisse sufficiat. Forte his Electis suo tempore accendent analecta. Fortè hoc qualecumque specimen alios excitabit, quibus experientia non minus, ac doctrina

na majus virium robur indulserunt. Evidem jamjam illustribus meritis BERGERIANIS & HORNIANIS se se obstrictam profitetur Saxonia, quoad quosdam Processus Summarios; sed uti haec saltim singularia sunt, nec systematicam totius materiarum tractationem exhibent; ita non deerit posteritati materia spicilegia colligendi, imprimis si qui nunc jussu & auspicio POTENTISSIMI REGIS NOSTRI, cui DEUS prosperrimas Gloriarum rerum ad vota fluentium, & annorum accessiones, in gaudium & solatium subditorum, omniumque, qui Saxoniam bene capiunt, largiatur, restaurari cœperunt pro emendo processu labores, ad finem perducantur. Quin imo vel sola Ordinatio Curiarum Mercatoriarum ad integrum opus confidendum sufficeret. Licet enim Censores juribus Saxonie non defuerint, vel sola tamen leges mercatoriae & cambiales tantum, ubique suus honor & mercaturae & prudentiae constat, excitarunt applausum, ut etiam ii, qui Rutam Saxoniam saltim humanitatis lege colunt, easdem in exemplum, imitationem, & suorum statutorum illustrationem subinde traxerint. Quo ipso tamen id mihi non sumo, ut illas omnibus prorsus numeris absolutas putem. Leges enim ferre objecto, ejusque circumstantiis prorsus adequatas, res planè maximi momenti est. Sufficit in multis finem per easdem intentatum obtineri. Ceterum, quod de superfluis fatalibus & formalibus contra processum Saxonicum dicitur, uti in quibusdam punctis sua veritate non destituitur, ita è contrario meliora in Germania nondum demonstrata sunt. Et optandum, ut illa saltim formalia, quæ moras auferunt, in omni summario processu locum haberent. Qui enim judicium quoddam in medium afferunt, ubi, sola facti vetitate inspecta, procedendum, nisi quoque ordinem determininent, quo in facti veritate inquirenda utendum, re ipsa confusionem

nem judiciis inferunt, & judici ad quodvis audendum ansam  
præbent. Ordinarius Saxonum ptocessus ita descriptus est,  
ut commodissimè totus intra annum possit absolvī, quod &  
sæpius factum fuisse Viri experientissimi in foro mihi retule-  
runt, si modo voluntariæ partium protractiones & rabularum  
nequitiae abessent. Sed vivimus inter homines, ubi quisque  
suos manes patimur. Forte hic, quem vivimus, annus novas  
feret Saxonizæ legum emendationes, sed quis credat in tanto  
fatorum favore nullum fore locum proverbio: Inventa nova  
lege, novas quoque fraudes inveniri.

## §. XLVII.

Sed mihi intra dissertationis limites fuit subsistendum.  
Quare nec quicquam præter votum addo; det Deus ejus  
vicem in terris gerunt Principes, ut, quæ subditos premere  
solet, litium protractio, illorum autoritate minuatur; det,  
ut omnia judiciorum vitia rabulismus, probabilismus, ignoran-  
tia, fordes, mittantur in exilium, & sancta, pura, innoxia  
sit justitiae administratio, solamen miserorum, tutamen op-  
pressorum, vindex injuriæ, civilis beatitudinis portus, ara,  
anchoræ.

## COROLLARIA.

- I. Unus est & fuit, eritque in Orbe Christiano Imperator  
sive Cæsar. Russis quidem suo Zaaro quodvis, imo  
Imperatorium elogium attribuere licet; neque vero  
vel credibile vel possibile est, fore unquam, ut vel Im-  
perator noster, Romano-Germanicus, Augustissimus,  
vel Europæi Reges, qui adhuc regesque jus habuerunt,  
in assumptionem hujus axiomatis sint consensi.

I. 3

II.


- II. Perperam putatur: Czarem contraria Cæsarem dici, & perperam item: vocem Czaar, quæ Regem denotat; v.g. Czaar David, Czaar Salomon &c. vocis Cæsar, quæ Cæsatrem sua lingua propriè Russi exprimunt, Synonymum esse.
- III. Diploma, quo Maximilianum I. Imperotoris titulam Magno Russicæ Duci tribuisse jactatur, apertis vobis signis atque indicis laborat.
- IV. Sola investitura non est sufficiens & infallibile signum qualitatis feudalis, cum eadem etiam in allodialibus in quibusdam territoriis adhibeatur.
- V. Mutuum conjugum Jus triplex datur, in actiones, inde probentur servitiae, in corpus, hinc necessitas exhibendi debiti conjugalis, in bona, quod producit jus ususfructus & successionum.
- VI. In Legibus probe discernenda sunt tria: Preceptum, permisso, consilium. Consilia, ut ut non sint legis species, sed suo modo continantur sub permisivis, possunt tamen esse legis partes.
- VII. Ignorantia, dolo vacua, sive juris sive facti, neminem in mala fide constituit. v.l. 25. §. 6. d. Hered. petit.
- VIII. Hæres defuncti personam & active & passive representat.
- IX. Eruditio cum in veri cognitione versetur, non potest non esse utilis. Hæc vero utilitas vel necessaria est, vel ad commoditatem pertinet. Imo & quedam scire saltem jucundum. Inde, quomodo in statuendo eruditiois pretio versandum sit, patet.


F I N I S.





X2368103





Pra. 21. num. 15. #  
DISSESSATIO INAUGURALIS JURIDICA,  
DE  
**RATIONIBUS**  
DECIDENDI PARTIBUS  
ET EARUM ADVOCATIS  
NON TEMERE, AUT NON  
INTEGRE COMMUNICANDIS;  
P 484  
QUAM,  
CONSENSU ILLUSTRIS ORDINIS JURIDICI,  
**PRÆSIDE**  
**DN. IMMANUELE WEBERO,**  
*J. C. o. CONSILIA R. HASSO-DARMSTADT.  
JUR. PROFESS. PUBL. ORDINARIO, HOC TEMPORE  
FACULTATIS JURID. DECANO,*  
PRO SUMMIS DOCTORUM IN UTROQUE  
JURE DIGNITATIBUS ET PRIVILEGIIS  
RITE CAPESENDIS  
Ad diem XXII. Jul. MDCCXXI.  
PUBLICÆ  
**EXCELL. DNN. PROFESSORUM**  
CENSURÆ SUBMITTET  
**JOANNES NICOLAUS RÜCKER,**  
*MOENO-FRANCOFURTANUS.*

\* GIESSÆ, TYPIS VIDUÆ IO. REINH. VULPII, ACAD. TYP.

